MASTER
NEGATIVE
NO. 92-80599-22

AUTHOR:

EBRARD, GUILELM

TITLE:

DE ABLATIVI LOCATIVI INSTRUMENTALIS

PLACE:

LIPSIAE

DATE:

1879

Master Negative #

92-80599-22

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

```
DKS/PROD  Books        FUL/BIB   NYCG92-B32396            Acquisitions     NYCG-PT
Record 1 of 0 - Record added today

  ID:NYCG92-B32396                 RTYP:a    ST:p   FRN:    MS:    EL:      AD:05-08-92
  CC:9668   BLT:am      DCF:?    CSC:?    MOD:     SNR:      ATC:           UD:05-08-92
  CP:gw       L:ger     INT:?    GPC:?    BIO:?    FIC:?     CON:???
  PC:s        PD:1879/           REP:?    CPI:?    FSI:?     ILC:????    II:?
  MMD:        OR:     POL:     DM:     RR:         COL:      EML:        GEN:    BSE:
  040       NNC=‡cNNC
  100 1     Ebrard, Guilelm.
  245 10    De ablativi locativi instrumentalis=‡h[microform]...=‡cscripsit Guilel
mu
          s Ebrard.
  260       Lipsiae,=‡bIn aedibus B. G. Teubneri,=‡c1879.
  300       [577]-657 p.
  LDS       ORIG
  QD        05-08-92
```

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 6-9-92 INITIALS M.D.C.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6 6.3 7.1 8.0

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE

ABLATIVI LOCATIVI INSTRUMENTALIS

APUD

PRISCOS SCRIPTORES LATINOS

USU

SCRIPSIT

GUILELMUS EBRARD,
PHIL. DR.

Commentatio ex supplementis annalium philologicorum seorsum expressa.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MDCCCLXXXIX.

DE
ABLATIVI LOCATIVI INSTRUMENTALIS
APUD
PRISCOS SCRIPTORES LATINOS
USU

SCRIPSIT

GUILELMUS EBRARD,
PHIL. DR.

Commentatio ex supplementis annalium philologicorum seorsum expressa.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MDCCCLXXIX.

Paginarum numeri sunt supplementi decimi annalium philologicorum.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

DE

ABLATIVI LOCATIVI INSTRUMENTALIS

APUD

PRISCOS SCRIPTORES LATINOS

USU

SCRIPSIT

GUILELMUS EBRARD,

PHIL. DR.

Cum Indos veteres tum Graecos Italos Germanos aniquissimist temporibus septem casibus praeter vocativum esse usos, inferiore autem quadam aetate exolevisse Italorum locativum et instrumentalem, Graecorum Germanorumque ablativum locativum instrumentalem, doctissimi qui comparandis linguis operam dant viri docuerunt argumentis dubii nihil relinquentibus. Neque tamen omnia illorum casuum interierunt vestigia, sed duntaxat formae evanuerunt. Nam cum iactura amissorum casuum (quippe quibus haud facile careres) aliquo modo oporteret resarciri atque restitui, factum est, ut muneris quo illi functi erant partes a superstitibus susciperentur casibus: ita ut in graeca latina germanica lingua casuum alii, puri ut ita dicam et meri, unam atque simplicem vim habeant, alii contra, quasi mixti et contaminati, praeter propriam ac principalem vim etiam exoletorum expleant vicem.

Et ceteras quidem ut omittam linguas, latinae casus omnes puri ac simplices sunt praeter ablativum, qui etiam instrumentalis prisci atque (maximam quidem partem) locativi munere fungitur.[1]) Neque enim quemquam, qui paulo attentius animo perlustraverit casuum doctrinam, fugiet, cum aliis casibus una ac simplex sit significatio, ablativum complecti tres inter se longe diversas atque contrarias partes. Afferam unum exemplum. Si enim comparare velis has tres locutiones: *manu* emittere aliqd., (in) *manu* tenere aliqd., *manu* tangere aliqd., hac una voce 'manu' significatur 1. locus *unde* aliquid proficiscitur (= 'terminus a quo'); 2. locus *ubi* aliqd. versatur (= 'term. in quo'); 3. instrumentum *quo* aliqd. efficitur. Cum autem ablativum inter omnes constet principio nihil aliud significare nisi locum *unde* aliqd. proficiscitur[2]), contra ad indicandum 'terminum in quo' qui dicitur locativum, et ad significandum instrumentum instrumentalem esse usurpatum: ablativum satis clare apparet suscepisse (praeter propriam ac principalem vim indicandi 'terminum a quo') illorum casuum qui exoleverant partes. Quodsi quis diligentius quam vim habeat ablativus linguae latinae quaerere velit, is facere non potest quin respiciat etiam locativi et instru-

---

[1]) Delbrueck [Ablativ Localis Instrumentalis im Altindischen, Lateinischen, Griechischen und Deutschen. Berlin 1867] p. 2. 71. 75. Lattmann und Müller, lat. Schulgrammatik. Göttingen 1872, p. 136. — [2]) Bopp, vgl. Gramm. § 183ª 1 (I p. 350.) Delbrueck p. 3.

mentalis usum. Accurate igitur discernenda ac seiungenda sunt *tria illa ablativi latini genera*, quorum primum respondet Indorum *ablativo* (Abl. *separativus*), alterum *locativo* (Abl. *localis*), tertium autem *instrumentalis* habet vim ac significationem (Abl. *sociativus, instrumentalis*).

Itaque cum mihi proposuerim, ut omisso graeco et germanico sermone qualis fuerit ablativi locativi instrumentalis apud priscos scriptores latinos vis atque usus allatis quam plurimis exemplis ex antiquissimis latinarum litterarum monumentis ostendam: agendum mihi erit lib. I. de *Ablativo* (abl. separat.), lib. II. de *Locativo* sive de eo ablativi latini genere quod Indorum locativo respondet (abl. local.), haud omissis iis reliquiis quae de prisco locativo supersunt; lib. III. de *Instrumentali* sive de eo ablativi genere, quod respondet Indorum instrumentali (abl. sociat. et instr.).

Liber I.

De Ablativo

(de ablativo separativo).

Quae sit ablativi propria ac principalis significatio iam supra dixi: usurpatur enim hic casus ad indicandum 'terminum a quo', i. e. locum significat unde aliquid proficiscitur.[3]) Itaque cum invenimus coniunctum cum iis vocibus (sive verba sunt sive adiectiva[4]). quae discessionis vim ac significationem habent. Huc autem pertinent cum ipsa abeundi et discedendi verba tum omnia ea quorum significatio ab illa discedendi significatione flecti ac derivari potest.

Agetur autem primum de locutionibus *nominalibus* (ut ita dicam) sive de ablativo nominum (Cap. I.), deinde de locutionibus *adverbialibus* sive de iis adverbiis quae ablativi formam habent (Cap. II.), denique de locutionibus *praepositionalibus* sive de ablativo coniuncto cum praepositionibus (Cap. III.).

Caput I.

De locutionibus nominalibus.

1. Coniungitur ablativus cum ipsis verbis discessionis. Huc pertinent:

§ 1. a) verba (intrans.) abeundi, egrediendi.

ire Lucret.[5]) VI 1203 corruptus sanguis expletis *naribus* ibat. *abire* Plaut. Merc. I 1, 12 postquam abii *domo*. Stich. I 1, 29. Amph. I 3. 4. Ter. Eun. 661. Merc. I 1, 109 quem *navi* abire vetui. III 4, 69 si hac urbe abis. Lex Acil. repetund. 72 (C. I. 198) *iudiciove inperiove* abierit abdicaverit. *exire* Plaut. Mil. II 4, 23 unde exit haec? — Unde nisi *domo?* — *Domo?* Bacch. II 3, 56 ubi *portu* eximus. Mil. V 39 postquam *porta* exierunt. Lucr. I 670 quodcumque suis mutatum *finibus* exit. I 792. III 519. IV 514 normaque si fallax *rectis regionibus* exit. IV 1041 quod simul atque suis eiectum *sedibus* exit. IV 1147 *retibus ipsis* exire. VI 1221 exibant *silvis*. *perire* Plaut Poen. V 2, 27 qui — sexennis perierim *Karthagine*. V 2, 29. Men. IV 2, 85 palla, inquam, periit *domo*. *redire* Plaut. Curc. II 1, 10 parasitus quia non rediit *Caria*. Men. II 2, 5 priusquam ego *opsonatu* redeo. II 1, 14. Merc. III 3, 25. cras si *rure*[6]) redierit. IV 3, 6. IV 5, 5. IV 5, 8. Truc. III 2, 1. Ter. Eun. 611. 967. Plaut. Trin. V 2, 54. tuom patrem redisse salvom *peregre*[7]) gaudeo. Stich. IV 2, 7. Pacuv. trag. 167 quam reditum est *Pergamo*. Ter. Ph. 243 *peregre* rediens. Cat. Orig. III P. 71, 13 Achaei *Troia* domum redeuntes. Ter. Andr. 799 eius *morte* ea ad me — redierunt bona. Lucr. I 249 omnes *discidio* redeunt — materiai. *transire* Lucil. XVI 9 Lysippi Iuppiter ista transibit quadraginta cubita altu' *Tarento*.

venire Plaut. Stich. III 2, 35 *Ambracia* veniunt huc legati. Most. III 2, 54 erus *peregre* venit. V 2, 2. Truc. III 2, 25 si rure veniat. Most. V 1, 28. Lucil. fr. inc. 25 *Priverno* Oufentina venit *fluvioque Oufente*. Lucr. VI 1141 penitus veniens Aegypti *finibu'* morbus. Cat. or. 74 *usu* venit. *advenire* Plaut. Most. II 2, 10 *Aegypto* advenio. Truc. I 1, 74 ego *Lemno* advenio Athenas. II 4, 4. Pseud. II 4, 40 qui ad patrem advenit *Carusto*. Merc. IV 5, 12 adveniens mater *rure*. Amph. I 1, 8 (F.). Bacch. II 2, 9. Epid. I 2, 23. Most. II 1, 6. 27. III 1, 83. III 2, 118. V 2, 8. v. 1004 (R.). Amph. II 2, 216. Bacch. III 6, 7. Stich. V 4, 57. Trin. IV 2, 154. Ter. He. 190. Pall. inc. fr. 2 *Athenis* Megaram — advenit. Trag. inc. fr. 73 adsum atque advenio *Acherunte*. *evenire* Plaut. Most. I 3, 17 *virtute* formae id evenit. Ter. Andr. 967 *more* hominum evenit. He. 279 nec *qui* hoc mi eveniat scio. 837 *nuptiis* incommode mihi evenit. Claud. Quadr. ann. XXIII P. 235, 12 utrum

---

[3]) Bopp. l. c. Delbrueck l. c. — [4]) v. infra § 3, c; § 16. — [5]) In afferendis exemplis usus sum his editionibus: T. Macci *Plauti* com. ex rec. et cum app. cr. Fr. Ritschelii (R.). Bonn, 1848—1853. T. Macci Plauti com. ex rec. A. Fleckeiseni (F.). Lips. 1850. 51. — P. *Terenti* com. ex rec. A. Fleckeiseni. Lips. 1857. — *Ennianae* poesis reliquiae rec. J. Vahlen (V.). Lips. 1854. — *Scaenicae Roman. poesis* fragm. rec. O. Ribbeck. 2. edit. Lips. 1871—1873. — G. *Lucili* sat. rel. em. L. Mueller (M.). 1872. — *T. Lucreti* Cari de rer. nat. l. rec. C. Lachmann. Berol. 1850. — *M. Catonis* praeter librum de re rust. quae extant rec. H. Jordan (J.). Lips. 1860. — Veterum *historicorum Rom.* relliquiae disp. rec. praef. H. Peter (P.). Lips. 1870. — *Legis XII tabb.* reliquiae ed. R. Schoell. Lips. 1866. — *Corpus inscript. lat.* vol. I (C. I.). Berol. 1863. — Fontes *iuris Rom.* ant. ed. Bruns (Br.). 2. edit. Tubingae 1871. — [6]) De voce 'rure' v. Corssen [Ueber Aussprache, Vocalismus und Betonung cet. 2. Aufl.] I 775. Omnibus locis, quos supra attuli, vocabulum 'rure' ad abl. separat. spectat ad interrogationem 'unde?' respondens. Iis autem locis quibus 'terminum *in* quo' significat, aut ad abl. localem aut ad verum locativum pertinet. (Buecheler Grdr. d. lat. Decl. p. 62) Altera huius vocis forma 'ruri' non ad ablativum sed ad locativum referenda est. (In libris manuscriptis has duas formas promiscue usurpatas invenimus; v. Neue, lat. Formenlehre. 2. Aufl. II 673.) — [7]) Simillimo modo de hac voce res se habet. Corssen I 776. Buecheler p. 62. Ad separativum enim abl. spectat 'peregre = aus der Fremde', ad locativum vel abl. local. 'peregre = in der Fremde', ad accusativum vel ad id locativi genus, quo finis vel terminus motionis significatur, 'peregre = in die Fremde'. v. infr. § 35. Delbrueck p. 45. — '*Peregri* = in der Fremde' ad verum locativum, non ad abl., est referendum. (Neue, l. F. II 660).

neglegentia — an *avaritia* an *calamitate* — evenisse dicam. Lex Corn. de sicar. 1. (Br.) cui *sorte* *obvenerit* quaestio de sicariis. *digredi* Ter. Ph. 722 nos *nostro officio* non digressos esse. L. Cornel. Sisenn. hist. IV, P. 290, 9 *oppido* digressi. *egredi* Plaut. Merc. IV 6, 5 (v. 809) uxor clam *domo* egressa est. Aul. I 2, 1. Ter. Ph. 586. Att. trag. 592. Cael. Antipat. bell. Pun. VI P. 159, 16 *navibus* atque *scaphis* egrediuntur.

cedere Trag. inc. fr. 215 *caelo* cedens Aurora. *decedere* Lucr. II 34 nec calidae — decedunt *corpore* febres. IV 1042. *recedere* Plaut. Amph. v. 239 (F.) nec recedit *loco*. Merc. I 1, 73 postquam recesset vita *patrio corpore*. Lucr. IV 695 recedere *rebus* odores. IV 860 recedere corpora *rebus*. *migrare* Plaut. Trin. III 2, 13 neque mens *officio* migrat. Lucr. III 757 traiciuntur enim partes atque *ordine* migrant. *commigrare* Plaut. Pers. I 3, 57 *Megaribus* commigravit. *demigrare* Plaut. Amph. v. 240 (F.) priusquam *loco* demigrat.

proficisci Sempr. Asell. rer. gest. V P. 181, 2 *domo* cum proficiscebatur. *meare* Lucr. VI 993 *argento*que foras aliud *vitro*que meare. *evehi* L. Corn. Sisenn. hist. VI P. 294, 4 Marius *ostio* Liris evebitur. *exsulare* Plaut. Most. III 1, 69 *urbe* exsulatum. Ter. Eun. 610 *domo* exsulo nunc.

fugere Leg. XII tab. VIII 24 si telum *manu* fugit magis quam iecit. *effugere* Plaut. Merc. III 4, 75 *patria* hac effugiam. Lucr. II 45 religiones effugiunt *animo*. IV 37 ne forte animas *Acherunte* reamur effugere. *erumpere* Lucr. I 162 volucres erumpere *caelo*. V 458 terrae partibus erumpens. *currere* Enn. ann. 509 sonus *aere* cucurrit. *salire* Plaut. Trin. II 1, 30 quasi *saxo* saliat. *facessere* Titin. tog. 52 sq. facessat *aedibus*.

Accedunt haec: *pendere* Enn. ann. 153 *filo* pendebit Etruria tota. Lucil. XVI 14 *pellicula extrema* exaptum pendere. *impendere* Lucr. III 980 impendens magnum — *aëre* saxum. *translucere* Lucr. IV 332 *speculo* in speculum translucet imago. *exstare* Lucr. V 1034 cornua nata prius vitulo quam *frontibus* exstent.

Etiam hic locus huc referendus est: Plaut. Most. 1062 quod foris *concrepuit proxuma vicinia*.[8])

Denique huc referendum est adiectivum *extorris*. Titin. tog. 77 quam ego hodie extorrem *hac domo* faciam. Lucr. III 48 extorres — *patria*.

§ 2. b) verba (transitiva)

α) arcendi, defendendi.

arcere Pacuv. trag 304 ut te *ara* arceam. *defendere* Plaut. Most. IV 2, 20 maxumam qui his iniuriam *foribus* defendat. *prohibere* Plaut. Amph. I 1, 205 (F.) tum *domo* prohibere peregre me advenientem postulas. *abstinere* Plaut. Rud. II 4, 11 potin' ut *me* apstineas manum. Truc. V 34. V 52. Pers. I 1, 11. Men. V 2, 18 et illi quoque haut apstinent saepe *culpa*. Cas. I, 14 *urbanis rebus* te apstines. Curc. I 1, 37 dum tete apstineas *nupta vidua virgine*. Mil. IV 7, 26 nam si apstinuissem *amore*. Ter. Hc. 139 sese *illa* abstinere ut potuerit Hc. 411. Turpil. pall. 163.

[8]) Sic codd.; Ritschelius: proxume vicini*ae*. Verba 'proxum*a* vicini*a*' ad separativum abl. referenda esse ex nonnullis aliis locis apparet, ubi adv. 'hinc' positum invenimus: Mil. 154 foris concrepuit *hinc* (non: '*hic*'); 1377 *hinc* sonitum fecerunt fores. cf. A. Ruge, de abl. in vet. ling. Ital. forma et usu locali (G. Curtius et Brugmann, Studien X p. 409).

β) eiciendi, expellendi, educendi.

deicere Pompon. 88 me — deiectum *domo*. Lucil. XXIX 5 detrusu' tota vi deiectu'que *Italia*. *eicere* Ter. Andr. 382 quam ob rem eiciat *oppido*. Lex agrar. 18 (C. I. 200 p. 80; Bruns, fontes iuris Rom. ant. p. 57) quei eum *ea possessione* vi eiec[erit]. Cass. Hem. ann. II P. 100, 11 *agro publico* eiecti sunt. Lucr. V 984 eiectique *domo*. *exigere* Naev. trag. 10 indigne exigor *patria* innocens. Plaut. Merc. 810 (R.) exigitur *matrumonio*. G. Sempr. Gracch. ap. Gell. X 3 uti *balneis* exigerentur qui lavabantur. *aspellere* Titin. tog. 45 [cur] non — vestrum aspellis *domo*. *depellere* Pacuv. trag. 192 depulsum *mamma* paedagogandum accipit. *expellere* Plaut. Trin. III 2, 24 *corde* expelle desidiam tuo. Pacuv. trag. 55. *regno* expellunt. Att. praet. 34. Trag. inc. fr. 199 quod expulisti saucios *patrio lare*. Lucr. III 358 quom expellitur *aevo*. *repellere* Plaut. Bacch. IV 3, 19 eum ego — *his foribus* atque *hac [muliere]* reppuli reiecique hominem. Cat. or. 44 (J.) ecquis — *publicis negotis* repulsior. *detrudere* Lucil. XXIX 5. Lucr. V 639 qui queat *aestivis* solem detrudere *signis*. *extrudere* Plaut. Merc. II 3, 23 me invitam *domo* extrusit. Aul. I 1, 31. miseram me extrudit *aedibus*. Rud. IV 4, 2. *protrudere* Afran. tog. 314 *domo* atque *nostra familia* protruditur. *deturbare* Nov. atell. 88 deturbate *saxo*. Lucr. V 401 Phaetonta — deturbavit *equis* in terram. *exturbare* Plaut. Trin. II 4, 200 postquam exturbavit hic nos *nostris aedibus*. III 3, 76. Att. trag. 334 *regno* exturbatus.

volvere Lucr. VI 1154 spiritus *ore* foras taetrum volvebat odorem. *evolvere* Plaut. Men. V 5, 5 quem ego hominem — *vitad*[9]) evolvam sua. Pseud. I 3, 83 aut *terra* aut *mari* alicunde — evolvam argentum tibi. Ter. Eun. 723 te *omni turba* evolves. *avertere* Lucr. IV 1273 *locis* avertit seminis ictum. *evertere* Plaut. Pers. IV 4, 17 evortes homines *fundis familiis*. *mittere* Cael. Antip. bell. Pun. I P. 150, 2 Sempronius *Lilybaeo* celocem in Africam mittit. Lucr. VI 247 sq. *caelo* nulla *sereno* nec leviter densis mittuntur nubibus unquam. *demittere* Lucr. V 674 mollem *malis* demittere barbam. VI 445 quasi demissum *caelo*. *dimittere* Lucr. II 924 si forte suum dimittunt *corpore* sensum. *emittere* Plaut. Most. IV 2, 59 eam *manu* emisisse. Pers. IV 3, 14. Aul. V 16. Capt. III 5, 55. Ter. Ph. 830. Lucr. IV 504 *manibus* — suis emittere. IV 548 *recto*que foras emittimus *ore*. *movere* Ter. Ph. 32 grex motus *loco*st. Cass. Hem. ann. IV P. 106, 4 utrasque nostri *loco* moti. Lucr. III 585. *amovere* Plaut. Merc. I 1, 41 animus *studio* amotus puerilist mens. Truc. I 1 63 me exinde amovit *loco*. *removere* Lucr. II 839 quaedam *sonitu*que remota. III 404 adempta anima *membris*que remota. V 125 quid sit *vitali motu sensu*que remotum. *semovere* Lucr. II 19 *cura* semotu' *motu*que. *amoliri* Pacuv. trag. 16 nonne hinc vos propere *stabulis* amolimini. *labefacere* Dec. Laber. mim. 104 ut facile labefecit *loco*. *ducere* Plaut. Pseud. I 5, 65 *Delphis* tibi responsum ducito. *deducere* Liv. Andr. trag. 14 *temploque* hanc deducitis. Lucr. I 370 ne te deducere *vero* possit. *educere* Lucil. V 35 postquam praesidium *castris* educere crevit. XX 11 eduxique animam *primoribus partibu'* naris. *edere* Lucr. IV 1011 *magnis* qui *mentibus* edunt magna. *absterrere* Titin. tog. 45 lenonum — *aedibus* absterrui. *exterrere* Enn. ann. 37 exterrita *somno*. *protelare* Turpil. pall. 91 *patria* protelatum esse. *eliminare* Att. trag. 592 exi ecfer te elimina *urbe*. *expedire* Lucil. XXVII 22 ut me *amore* expediam. Corn. Sis. hist. IV P. 287, 14 qui clauso se *loco* potuerant expedire. *explere* Enn. ann. 310 *navibus* explebant sese. *abdicare* Calp. Pis. Frug. ann. III P. 132, 3 *scriptu* sese abdicasse. Lex Acil. repet. 72. (C. I. 198).

[9]) Ritschl, neue plaut. Excurse 1, p. 64.

γ) extrahendi, excitandi.

extrahere Lucr. III 329 animae naturam *corpore toto* extrahere. *retrahere* Att. trag. 57 retracta rursus *inferis*. *excire* Att. trag. 571 sq. magna *sonantibus* excita *saxis* — echo. Lucr. IV 36 quae nos — saepe *sopore* excierunt. *excitare* Turpil. pall. 53 forasque noctis excitant *silentio*. *suscitare* Plaut. Mil. 689 (R.) quae me *somno* suscitet. *expergere* Att. trag. 141 expergite pectora tarda *sopore*. *avellere* Lucr. III 563 avolsus *radicibus*. *decidere* Lucr. V 936 *altis arboribus* veteres decidere — ramos. *abradere* Lucr. IV 1103 nec manibus quicquam teneris abradere *membris*. *abluere* Pacuv. trag. 245 flavum ut pulverem *manibus* isdem — abluam. *elavare* Lucil. XXVI 50 si hic vestimenta elovit *luto*. Plaut. Asin. I 2, 9 hic elavi *bonis* (significatione reflexiva sive intransitiva: sich von etwas bloss machen = etw. verlieren).

oblitterare Att. trag. 43 inimicitias — oblitteratas *memoria*.

§ 3. 2. verba 'inopiae'.

a) v. (intrans.) carendi.

carere Plaut. Cist. II 1, 61 quam carebo *filia*. Poen. V 4, 16 *quibus* annos multos carui. Asin. IV 1, 56 *vino* viginti dies ut careat. Most. II 2, 69 praemature *vita* careo. IV 1, 1 quom *culpa* carent. Ter. He. 663. Plaut. Trin. V 2, 5. Capt. V 1, 4 dum *te* carendum fuit. Curc. I 1, 17 caruitne febris *ted* heri vel nudius tertius[10]). Ter. Ht. 137 carens *patria*. 257. Pomp. atell. 183 quo pacto caream tam *pulchra penu*. Lucil. XXVII 56 tu *hoc* carebis *commodo*. Lucr. I 343 *sollicito motu* privata carerent. I 573 *principio* fundamenti natura carebit. II 4 *quibus* ipse *malis* careas. III 356 caret undique *sensu*. IV 35 simulacraque *luce* carentum. IV 1073 nec Veneris *fructu* caret. V 1427 *veste* carere *purpurea* atque auro — *apta*. *deficere* Plaut. Asin III 3, 19 quam si intelligam deficere *vita*. *egere* Pall. inc. fr. 78 is *minimo* eget mortalis. Lucr. I 160 nil *semine* egeret. III 134 *proprio* quae tum res *nomine* egebat. V 290 *splendore novo* res semper egere. (A Plauto et Terentio hoc verbum non cum abl., sed. c. gen. (Plaut. Amph. II 2, 187. Ter. Ht. 400) aut c. acc. (Plaut. Men. I 2, 12. Ter. Eun. 223) coniungitur.) *indigere* Corn. Sis. hist. III P. 281, 10 quod is ager omnis eius modi *telis* indigebat. (A Terentio hoc v. c. gen. coniungitur: Andr. 890.) *excidere* Ter. Andr. 423 erus — *uxore* excidit. *vacare* Enn. sat. 13 constitere amnes perennes, arbores *vento* vacant (cf. Enn. Hect. Lustr. 12). *supersedere* Turpil. pall. 163 ego supersederem *malitiis*. Plaut. Poen. I 3, 5 supersede *istis verbis*. Epid. I 1, 37.

b) v. (trans.) privandi.

privare Plaut. Men. V 5, 7 *anima* privabo virum. Enn. trag. 233. Plaut. Poen. III 5, 30 ut *eo* me privent. V 2, 111 *quo* me privatum aegre patior mortuo. Caec. Stat. pall. 156 *paelice* ut meum privarem virum. Titin. tog. 2 *auro* privatae. Lucil. XIV 25 an quod *pane* et *viscere* privo. XXVIII 4 ἀρχαῖς hominem et στοιχείοις simul privabit. XXVIII 7. 8. G. Iul. Caes. Strab. ap. Prisc. I 197. 270 *penore* volebamus privare. Lucr. I 381 *motu* privandumst corpora quaeque. II 1091 *dominis* privata *superbis*. IV 366 privatum *lumine*. IV 371. V 317 privata *fragore*. VI 1209 vivebant ferro privati *parte virili*. *orbare* Enn. trag. 351 me *lumine* orbavit. Trag. inc. fr. 214. *spoliare* Lucr.

[10]) Ritschl, n. pl. Exc. p. 36.

IV 377 spoliatur *lumine* terra. V 763. *dispoliare* Turpil. pall. 149 *quibus* rem *rebus* dispoliasti.

multare Plaut. Truc. IV 3, 70 *hoc* ego te multabo *bolo*. Pseud. IV 7, 130 me *viginti modicis* multavit *minis*. Naev. pall. 33 cum *rotis* me multat *meis*. Cat. inc. rel. P. 93, 20 *stipendio* agrique *parte* multati. *exheredare* Q. Caec. Metell. Mac. ap. Gell. I 6 parentes — *bonis* exheredant (sc. liberos). *exuere* Lucil. XXIX 90 vixque *hoc* exuat se. *emungere* Plaut. Bacch. V 1, 15 me *auro* esse emunctum. Ter. Ph. 682 emunxi *argento* senes. Lucil. XXIX 82 quovis posse me emungi *bolo*.

Etiam his verbis eadem privandi significatio inest:

circumducere Plaut. Poen. V 5, 8 *mina* quem argenti circumduceret. Pseud. I 5, 16 te velle amantem *argento* circumducere. II 2, 39. I 5, 115 *ea* circumducam lepide lenonem. Bacch. II 3, 77 si me *illoc auro tanto* circumduxerit. V 2, 64 *quadrigentis Philippis* filius me et Chrusalus circumduxerunt. Trin. IV 2, 117 si hunc possum *illo mille* nummum Philippum circumducere. *decollare* Lucil. XII 7 *quibu' fructibu'* victus me decollavi. *destituere* Naev. pall. 52 in alto navem iube tu destitui *anchoris*. *fallere* Caec. Stat. pall. 202 aut tu illum *fructu* fallas. *ferire* (cum quo verbo comparare possumus nostrum 'übers Ohr hauen', 'prellen' = 'übervortheilen', 'überlisten') Ter. Ph. 47 sq. Geta ferietur *alio munere* — porro autem *alio*. *interdicere* Lucil. XXVIII 5 *igni* cum et *aqua* interdixerit. *intervertere* Plaut. Pseud. III 2, 110 ut me, si posset, *muliere* intervorteret. Asin. II 2, 92 quomodo *argento* intervortam. *tangere* Plaut. Epid. V 2, 40 *istis* adeo te tetigi *triginta minis*. Pall. inc. fr. 45. Plaut. Poen. pr. 101 tangere hominem volt *bolo*. V 5, 7 *aere militari* tetigero lenunculum. Turpil. pall. 36 quia se *talento* argenti tetigi.

Accedunt

c) adiectiva inopiae:

orbus Ter. Ad. 650 haec virgo orbast *patre*. Enn. trag. 114 *arce* et *urbe* orba sum. Lucr. II 838 orba *colore*. *indigus* Lucr. V 223 indigus *omni vitali auxilio*.

alienus Plaut. Capt. I 1, 31 quaestum — maxume alienum *ingenio tuo*. Stich. I 2, 45 numqui hic est alienus *nostris dictis* auceps auribus.

cassus Plaut. Aul. II 2, 14 virginem — *dote* cassam. Lucil. fr. dub. 9 *sanguine* cassam. Lucr. III 562 cassum *anima* corpus IV 128 cassaque *sensu* IV 368 *lumine* cassus V 719. 757. *exheres* Plaut. Most. I 3, 77 ut ego exheredem *meis bonis* me faciam. *expers*[11]) Plaut. Asin. I 1, 31 ut expers sis *metu*. III 1, 2 ut qui expers matris *inperiis* sies. Amph. II 2, 81 *eo more* expertem te factam. Pers. IV 3, 40 ea res me *domo* expertem fecit. Turpil. pall. 157 expers *malitiis*. Lucr. II 1092 omnia *dis* agere expers. VI 1181 expertia *somno*. *sterilus* Lucr. II 845 *sonitu* sterila.

Denique huc referendae sunt locutiones

d) opus est et usus est aliqua re.[12]) § 4.

α) opus est. Coniungitur haec locutio

aa) c. abl. nominum et pronominum.

Plaut. Amph. II 1, 68 quid opust verbis. Most. IV 3, 1. Bacch. III 3, 82. Poen. III 2, 2. Men. 484. Ter. Ph. 75. 100. Andr. 99. 165. Eun.

[11]) 'Expers, exheres, cassus' etiam c. gen. ('alienus' etiam c. praep. a) coniuncta invenimus. — [12]) Delbrueck p. 9. Alii viri docti non abl.

632. Lucr. V 263. Plaut. Cas. III 6, 15 quid mihi servo opust. Epid. II 2, 102 opus est homine. Ter. Eun. 1083. Plaut. Capt. I 2, 56 sqq. multis et multigeneribus opus est tibi militibus; primumdum opus Pistoriensibust: Paniceis opus est, opus Placentinis quoque, opus Turdetanis, opus est Ficedulensibus. Poen. V 6, 24 quid praetore opus est. Pseud. II 2, 7 novo consilio mihi opus est. Stich. v. 632. Men. V 9, 88 set meliorest opus auspicio. Most. I 3, 94 quid opust speculo tibi. Pers. I, 3, 3 quoius mihi auxiliost opus. Poen. V 6, 15 et mihi suppliciis multis (sc. opus est). Truc. V 12 opust igne, opust carbonibus, fasciis opus est pulvinis cunis incunabulis. Pseud. I 3, 115 quid opust gladio II 4, 45 chlamyde opust, machaera et petaso. Bacch. II 2, 42 istic fortasse aurost opus. — Philippeo quidem. II 3, 6 opus est chruso Chrusalo. II 3, 94 quid opust mulo. Pers. IV 3, 61 nil mi opus est litibus neque tricis. IV 3, 63 quid eo mihi opus est mercimonio. Epid. I 2, 10 ubi re est opus. Truc. II 6, 42 multo ecastor magis oppletis tritici opust granariis. Amph. I 1, 189 quid eost opus. Men. 433. Poen. I 2, 81. Bacch. I 1, 44. II 2, 43. V 2, 15. Merc. II 3, 76. — Ter. Andr. 32 nil istac opus est arte, — 34 fide et taciturnitate. 446 nunc uxore opus est. 723 opus est tua — exprompta malitia atque astutia. Eun. 765 nil opus est istis. 770 huic ipsist opus patrono. Ph. 228 ipsast opus ea, aut — meliore et callidiore. 665 pluscula supellectile opus est. 985 vocest opus. Ht. 171 nil opus fuit monitore. — Afran. tog. 268 silentio opus est. Lucil. IV fr. 19 cuneost opus ipso. XI 14 nec mihi amatore hoc opu' nec tricone vadato. XII 4 huic hemini quaestore aliquo esse opus adque chorago. XXVIII 18 si alio opus sit. Cato de re mil. 11 sive forte opus sit cuneo aut globo aut forcipe aut turribus aut serra. Lucr. I 206 semine quando opus est. V 232 non armis opus est, non moenibus altis.

bb) c. abl. subst. verb. in -u.

Plaut. Bacch. IV 4, 56 tum *sumptu* nobis opus est. Ter. Ph. 666. Ht. 941 ita *dictu* opus est. Ad. 740 quod maxume opus est *iactu*.

cc) c. abl. part. perf. pass.

Plaut. Pseud. II 4, 42 *quinque inventis* opus est argenti *minis mutuis*. Mil. III 3, 40 quid istic nunc *memoratis* opus est. Amph. IV 3, 4 quid opus est *med advocato*. Cas. II 8, 68 mihi vicino *hoc* etiam *conventost* opus. Curc. II 3, 23. 43. Men. V 5, 52 *quibus paratis* opus est. Pers. IV 4, 35 opusnest *hac* tibi *empta*. Lucil. XXVI 81 si queis *vincis actis* opust. Ter. Hc. 665 *remissan* opus sit vobis *reductan* domum. — Plaut. Merc. II 3, 133 *cauto* opust. Cist. II 1, 59. Capt. 224 (F.) Most. 902. Merc. II 2, 61 *praecautost* opus. Men. 592 plus minus quam opus fuerat *dicto*. Ter. Ph. 1003. Plaut. Amph. II 1, 81 mihi istuc primum *exquisitost* opus. II 2, 159. Merc. III 3, 4. 5 quid opust *facto*. Stich. I 2, 4. Amph. II 2, 144. Epid. II 2, 103. Cas. III 3, 24. Amph. I 3, 7. Poen. I 2, 106. Trin. II 4, 182. Bacch. IV 2, 22. Pacuv. trag. 35. Ter. Andr. 490. 715. Ad. 601. 996. Ht. 80. Ph. 762. Turpil. pall. 34. Cat. Orig. V P. 82, 15. Lucr. V 1053. Plaut. Bacch. II 2, 41 quod des *inventost* opus. III 2, 14 *obvigilato* opust. Ter. Andr. 523 quod *parato* opus est. Hc. 104 non est opus *prolato*. Plaut. Mil. III 1, 210 *properato* opus est. Trin. III 3, 78. Men. 915 quid tibi *quaesitost* opus. Ter. Ph. 1003 *scito* huic opus. Naev. trag. 61. Ter. Ad. 342 *tacitost* opus.

---

separativum sed instrumentalem cum his locutionibus coniungi indicaverunt. (Holtze, synt. prisc. script. lat. I 139. Süpfle, Anleitung zum Lat.-Schreiben 1, 131.) Sed ob similitudinem significationis ad analogiam verborum 'inopiae' abl. separ. in his locutionibus statuendus est.

Hc. 431 in arcem *transcurso* opus est. Plaut. Merc. II 2, 58 hoc mihi *visost* opus. Capt. 224.

β) usus est.

aa) c. abl. nom. et pron.

Plaut. Asin. I 1, 76 viginti iam usust filio argenti minis. Most. I 3, 93 speculo ei usus est. Bacch. IV 4, 55 militi nummis ducentis iam usus est. IV 4, 97 quid istis ad istunc usust conscriptis modum. IV 5, 3 truculento mi atque saevo usus senest. IV 9, 47 alteris etiam ducentis usus est. Pseud. I 2, 49 quibus est vobis usus. — Lucr. I 184 nec porro — spatio foret usus.

bb) c. abl. part. perf. pass.

Plaut. Pseud. I 1, 48 quam subito *argento* mi usus *invento* siet. — Plaut. Amph. I 3, 7 citius quod non *factost* usus fit quam quod *factost* opus. Men. V 2, 1. Ter. Hc. 327. 877. Ad. 429. Plaut. Cist. I 2. 10 quod *tacito* usus est.[13])

3. v. liberandi, solvendi. § 5.

liberare Plaut. Pseud. I 2. 70 quin — omnes *peste hac* populum liberant. Ter. Andr. 351 *hoc* me libera miserum *metu*. Elog. 23, 9. 10 (C. I. p. 284) *faenore gravi* populum — liberavit. *solvere* Ter. Hc. 230 quom ego vos *curis* solvi *ceteris*. Lucr. II 46 vacuum pectus — *cura*que solutum. III 687 animas — leti *lege* solutas. *absolvere* Plaut. Men. V 2, 30 *hoc* primum te absolvo. *dissolvere* Lucr. III 903 dissolvant — *magno* se *angore metu*que. *exsolvere* Plaut. Truc. IV 3, 10 *vinclis* exsolvemini. Ter. Hc. 599 me *hac suspicione* exsolvam. 792 illas *errore* et te simul *suspicione* exsolves. 820 *qua re* suspectus — fuit, exsolvi. Lucr. I 932 religionum animum *nodis* exsolvere pergo. IV 7. *exonerare*. Ter. Ph. 843 nosque — exonerastis *metu*. *expedire* Ter. Ph. 823 *cura* sese expedivit. Hc. 288 qui te expedias *his aerumnis*. 755 teque *hoc crimine* expedi. Ad. 614 quo modo *hac* me expediam *turba*. Lucil. XXVII fr. 15 ut me *amore* expediam.

Huc referri potest v. intr. *requiescere*: Enn. trag. 416 ubi — corpus requiescat *malis*.

4. v. oriendi, nascendi. § 6.

oriri Att. trag. 618 haudquaquam est ortus *mediocri satu*. 388 *quibus*nam te aibant ortam *locis*. Enn. ann. I 72 o sanguen *dis* oriundum. VIII 24 Poenos *Didone* oriundos. IX 19 *Sarra* oriundi. Lucil. VI 33 *Lucanis* oriundi *montibus* tauri. Lucr. I 874 quae *alienigenis* oriuntur. II 991 *caelesti* sumus omnes *semine* oriundi. G. Sempr. Gracch. in schol. Bob. in. Cic. oratt. p. 365 cum *genere summo* ortus essem. *exoriri* Plaut. Amph. V 1, 40 ubi *utero* exorti dolores. Trag. inc. 120 *sanguine* exortam *tuo* prolem. Lucr. IV 1172 cui Veneris *membris* vis *omnibus* exoriatur. I 869 quae *terris* exoriuntur. II 252 *vetere* exoritur semper novus.

gigni Att. trag. 241 pater — *Semela* genitus. Lucr. II 808 qui quoniam *quodam* gignuntur luminis *ictu*. *nasci* Plaut. Men. V 9, 44 *una matre* natos et *patre uno*. Most. V 2, 20 nisi quod *summis* gnati *generibus*. Pers. II 3, 1 Iovi — *Ope* gnato. IV 4, 45 *quo genere* nata sit aut *quibus parentibus*. IV 4, 93 haec erit *bono genere* nata. Merc. V 4, 8. Cist. I 1, 20. Poen. pr. 110. Trin. II 2, 92. Enn. ann. I 19

---

[13]) Aliis locis dubitari potest, utrum abl. an nom. sit statuendus. (Holtze I 139. 141.)

Assaraco natus. I 36 te *sale* nata precor. Att. trag. 609 *Tyndareo* gnata. 642 deum *Cadmogena* natum *Semela*. Enn. trag. 397 *Pelope* natus. (Trag. inc. 108.) Afran. tog. 364 *quo* gnatu's *patre*. 404 *aurito* me *parente* natum Pall. inc. 105 *eodem stirpe* gnatum. Naev. trag. 26 *ingenio* arbusta ubi nata sunt. Calp. Pis. Fr. ann. III P. 131, 4 *patre libertino* natus. Claud. Quadr. ann. I P. 209, 2 *summo genere* nato. I P. 213, 4. Cat. orat. 9 (J. 41, 5) *bono genere* gnatis. *prognatus* Scip. elog. C. I. 30 *gnaivod patre* prognatus. Naev. trag 49 *Dryante* regem prognatum *patre*. Plaut. Capt. I 2, 67 prognatum *genere summo* et *summis ditiis*. Poen. V 4, 31. Aul. II 2, 35. Men. II 3, 56 *Moscho* prognatum *patre*. V 9, 19 sq. tun' *meo patre's* prognatus? — Immo quidem *meo*. Ter. Ph. 115 bonam *bonis* prognatam. Enn. ann. I 34 *Eurudica* prognata. ann. 510 *corpore tartarino* prognata Paluda virago. trag. 397 *Tantalo* prognatus (Trag. inc. 108).

creari Enn. ann. 607 *Saturno* sancte create. trag. 183 *Erebo* creata — Nox. Lucr. III 190 *volubilibus parvis*que creata *figuris*. III 622 neque flamma creari *fluminibus* solitast. IV 698 *maioribus* esse creatum *principiis*. I 169 *seminibus* quia *certis* quaeque creantur. *procreari* Trag. inc. 132 *Erebo* procreata — Nox. *crescere* Lucr. II 906 *mortali* — *corpore* creta. V 6. IV 1228 *materno*que mares exsistunt *corpore* creti. V 1116 *pulchro corpore* creti.

edi Claud. Quadrig. ann. I P. 211, 6 *tali genere* editus. Dec. Laber. mim. 105 *mente clemente* edita — oratio. *prodi* Att. trag. 520 *parva* prodite *patria*.

esse Plaut. Pers. IV 4, 99 *summo genere* esse arbitror. Epid. V 1, 35 istic frater tuus est *alia matre, uno patre*. Lucil. XXVIII 54 progeniem antiquam, *qua* est Maximu' Quintus. *exsistere* Lucr. V 69 quae *tellure* animantes exstiterint.

Accedunt ablativi '*originis*' nominibus omisso verbo additi, ita ut cum iis in unam quasi notionem coalescant: Plaut. Asin. II 4, 92 Periphanes *Rhodo* mercator. Pseud. I 3, 36 serve *Athenis* pessume. Merc. V 2, 99 video ibi hospitem *Zacyntho*. V 2, 102 *Zacyntho* ficos fieri non malos. Poen. V 2, 36 Hannonem sese ait *Carthagine*. Enn. ann. VI 4 repertus homo *Graio patre* Graius homo rex. Lucil. fr. inc. 51 *Aegypto* sargus. Pacuv. trag. 308 flexa, non falsa autumare dictio *Delfis* solet.

Denique huc referendus est hic locus: Plaut. Amph. III 1, 18 et quod gravidast *viro* et *me*.

5. v. bibendi, fundendi.[11])

§ 7. *bibere* Plaut. Pers. V 2, 40 bibere da usque *plenis cantharis*. Lucil. VIII 3 *poclo* bibo *eodem*. *potare* Plaut. Stich. V 4, 48 *uno cantharo* potare. *fundere* Enn. ann. 588 funduntque *elatis naribus* lucem. Lucr. III 1033 animam *moribundo corpore* fudit. *profundere* Att. trag. 390 profusus *flamine hiberno* gelus. Lucil. III 64 non peperit, verum *postica parte* profudit. *exhaurire* Plaut. Merc. I 1, 48 exhaurire me quod quirem ab se *domo*. Corn. Sis. hist. IV P. 292, 23 dum pristinum vitium — per sudorem *corpore* exhauserunt. *exanclare* Plaut. Stich. I 3, 115 ne iste — vinum *poculo pausillulo* saepe exanclavit. *manare* Lucil. IV 39 *tenero* manat quoi sucu' *lacerto*. Lucr. VI 991 manare aliud per saxa videtur, atque aliud *lignis*.

efflare Lucr. VI 681 quibus flamma — *vastis* Aetnae *fornacibus* efflet. *spirare* Lucr. V 29 equi spirantes *naribus* ignem. *exspirare* Lucil. III 39 *ore* salem exspiravit amarum. III 66 exspirans animam *pulmonibus*. *erugere* Enn. ann. fr. inc. 82 fontes *quibus* sese erugit aquae vis. *eructare* Lucr. III 1012 horriferos eructans *faucibus* aestus.

[11]) Delbrueck p. 13 sq.

6. a) v. afferendi, sumendi, accipiendi. § 8.

ferre Plaut. Bacch. II 2, 53 mille et ducentos Philippos tulimus aureos *Epheso*. Lucr. III 497 *ore* foras glomerata feruntur. *afferre* Plaut. Asin. 761 (F.) *peregre* adlatam epistulam. Truc. II 6, 59 adtuli tus *Ponto* amoenum. *auferre* Plaut. Asin. I 3, 11 solus *solitudine* ego ted[15]) — apstuli. *deferre* Lucr. III 132 redde harmoniai nomen ad organicos *alto* delatum *Heliconi*. *efferre* Plaut. Bacch. III 3, 19 pedem ut ecferres *aedibus*. Enn. trag. 287 nunquam era errans mea *domo* ecferret pedem. trag. 311 utinam ne unquam — *Colchis* — pedem extulisses. Ter. Eun. 753 cistellam — *domo* ecfer. *extollere* Plaut. Merc. V 1, 2 extollo me *mea domo patria* pedem.

eximere Plaut. Capt. 204 (F.) si vos eximat *vinculis*. *promere* Plaut. Pseud. I 3, 121 argentum promere possum *domo*. Bacch. IV 4, 9 — *pectore* promat *suo*. *sumere* Plaut. Bacch. 648 (F.) ut *domo* sumeret. *eripere* Ter. Ad. 198 *domo* me eripuit. *surripere* Plaut. Men. IV 1, 6 pallam — hodie tibi quam surrupuit *domo*. IV 2, 82. 101. V 2, 63. V 9, 78. Asin. V 2, 34. *suppilare* Plaut. Men. V 1, 29 aurum quom meum *domo* suppilas.

arcessere Plaut. Stich. V 3, 3 *domo* dudum huc arcessita sum. *advehere* Plaut. Merc. II 3, 56 ecquam tu advexti tuae matri ancillam *Rhodo*. Stich. IV 1, 37 *peregre* advexerat. *petere*. Enn. trag. 286 quia Argivi — petebant pellem — *Colchis*. *repetere* Trag. inc. 258 auspicium repetebat *domo*. *fodere* Enn. sat. fr. inc. 8 decem Coclites queis *montibus summis Ripeis* fodere. — Ter. Ph. 440 *domo* me (sc. *advoca*).

accipere Plaut. Amph. 588 (F.) quae neque fieri possunt neque *fando* unquam accepit quisquam. Ter. Ht. 932 quot incommoditates *hac re* accipies. *capessere* Pacuv. trag. 88 solisque *exortu* capessit candorem.

spectare Cat. inc. rel. P. 92, 7 *proeliis levibus* spectabam cuiusmodi quisque esset. *exspectare* Ter. Ph. 193 magnum *hoc nuntio* exspecto malum. — Plaut. Amph. pr. 31 *contagione* mei patris *metuo* malum. De verbo '*dare*' Hartung e fragmentis Plaut. affert hoc[16]): nil *domo* foras nunc dederis. *reddere* Plaut. Curc. V 3, 7 reddit argentum *domo*.

b) v. noscendi.

scire Plaut. Men. II 1, 26 *illoc* enim *verbo* iam esse me servom scio. Merc. II 4, 12 *quei*[17]) sceis. Poen. V 2, 19 qui scis. V 2, 26 qui scire potui. Epid. II 2, 24. 65. 87. Most. I 1, 55. III 1, 11. Merc. II 3, 114. Ter. Andr. 53. 302. 352. 565. 575. 791. Eun. 790. Hc. 235. *noscere* Ter. Hc. 573 *qui* post possit nosci qui siet. *experiri* Plaut. Amph. II 2, 5 id nunc experior *domo*. *doceri* Plaut. Merc. II 3, 20 scio — *domo* doctus. — Eadem ratione abl. positus est: Ter. Andr. 512 multa concurrunt simul, *qui coniecturam* hanc nunc *facio*.

7. v. discrepandi, abhorrendi. § 9.

discrepare Att. trag. 48 dicta *factis* discrepant. *differre* Lucil. XXVII 17 aut verruca aut cicatrix *naevis* papulae differunt.

[15]) De accusativis med, ted. v. Corssen II 456. Ritschl n. pl. Exc. p. 11. — [16]) Hartung, Ueber die Casus etc. p. 97. — [17]) De vocabulo 'quei' 'qui' v. Corssen I 777; krit. Nachträge p. 92; Ztschr. f. vgl. Spr. XVI 304. Hanc vocem non ad locativum (Buecheler p. 63); sed ad abl. separativum et instrumentalem pertinere cum ex significatione (= a quo? unde?) tum ex eo apparet, quod cum praep. 'cum' persaepe coniungitur. (v. infra § 65).

secernere Lucr. I 194 secreta *cibo* natura animantum. *secludere* Plaut. Rud. I 4, 1 *corpore* vitam ut secludam. Lucr. V 753 sq. terram secludere solis *lumine*. *segregare* Att. trag. 511 ut — *ore* obscena — segregent. Turpil. pall. 52 me curae *somno* segregant. *seiungere* Lucr. II 18 *corpore* seiunctus dolor.

esse Plaut. Cist. IV 1, 6 haec cistella numnam hinc a nobis *domo* est? *abesse* Plaut. Stich. IV 1, 18 si diu afueris *domo*. Att. trag. 38 quae tum absentem *rebus dubiis* coniugem tetinerit (= tenuerit). *abhorrere* Titin. tog. 40 *hac domo* abhorres. *desistere* Ter. Ph. 634 ut erus *his* desistat *litibus*.

Accedunt nonnulli loci, quibus ablativus aut omisso verbo positus aut adverbio additus est:

Enn. ann. 475 impetus haud *longe mediis regionibus* restat. Lucil. III 17 Volturnus *Capua* longe tria millia passum. III 7 tunc *Capua* quinquaginta atque trecenta. Enn. trag. 295 rem bene gessere — publicam *patria procul*. Lucr. I 812 *dubio* procul. II 261. V 258. VI 249. III 638. Lucr. III 564 *scorsum corpore toto*.

Sequitur

§ 10. 8. abl. coniunctus cum verbis facere fieri, quo significatur materies qua aliquid conficitur.[18])

facere Plaut. Bacch. II 3, 100 nescit quid faciat *auro*. Most. III 1, 106 quid eost *argento* factum. Pseud. I 1, 86 quid *ea drachuma* facere vis. Capt. V 1, 32 *meo minore* quid sit factum *filio*. Truc. IV 3, 25 quid *eo* fecisti *puero*. Ter. Hc. 668. Plaut. Men. II 1, 41 quid *eo* vis (sc. facere, sicut etiam nos: 'was willst du damit', 'mit ihm' sc. machen). Merc. I 2, 20 *floribus* facere *hisce* assulas. Mil. IV 1, 26 quid *illa* faciemus *concubina*. Cas. V 4, 6 quid fecisti *scipione*. V 4, 9 responde *tuo* quid factumst *pallio*. Aul. IV 10, 46 tum *me* faciat quod volt. Ter. Andr. 614 quid *me* nunc faciam. Ht. 317 quid *illo* facias. Andr. 937. Eun. 837. Ht. 333 quid hic faciet *sua*. 188. Pomp. atell. 131 neque *illo* quid faciam scio. Lucr. V 1269 sq. nec minus *argento* facere haec *auro*que parabant quam validi primum violentis viribus aeris.

fieri Plaut. Most. V 2, 44 quid *me* fiet nunciam. Epid. I 2, 48 quid *illa* fiet *fidicina*. Merc. II 3, 82. Ter. Andr. 709 quid *me* fiet. Ht. 715. Lucil. XXVIII 37.

FVERE Plaut. Mil. II 3, 28 quid fuat *me* nescio. Trin. 594 (F.) quid *ea re* fuat. Poen. V 2, 125. Enn. ann. II 4 si quid *me* fuerit humanitus. Lucil. XII 10 si quid *pueris nobis me* et *fratre* fuisset. Plaut. Most. I 3, 74 quid *illis* futurumst. Ter. Ht. 462 quid *te* futurum censes. — Enn. ann. 501 spiras *legionibus* nexit.

9. Ablativus causae.

Cum in lingua sanscr. ad significandam causam non ablativus modo, sed etiam instrumentalis usurpari possit[19]), dubium est utrum hoc ablativi genus separativo an instrumentali sit annumerandum. Tamen haec quidem exempla ad separativum potius spectare quam ad instrumentalem videntur.

[18]) Hoc ablativi genus non ad instrumentalem (Brix ad Pl. Trin. v. 157), sed ad separativum pertinere ablativum e comparatione linguarum indogerm. apparet; v. Delbrueck p. 16 sq. — [19]) Bopp, vgl. Gramm. § 183[a] 1. Delbrueck p. 17.

Huc pertinet a) abl. ipsius vocis '*causa*'[20]) aut cum pron. (interrog. rel. demonstr. possess.) aut cum genitivo nominis coniunctus. § 11.

α) Plaut. Cist. I 1, 84 *qua* arcessitae *causa* ad me estis. Men. III 2, 25. Merc. II 4, 5. v. 917. Ter. Ht. 87. 649. 827. 989. Hc. 519. Ph. 567. Turp. pall. 178. Pompil. trag. fr. (Rb. trag. fr. p. 227). Trag. inc. 77. Lucr. IV 1185 *quibus* id fieret — *causis*. Plaut. Pers. III 1, 7 *ea causa* — te exornavi. Men. V 4, 4. V 9, 1. Pseud. I 1, 90. Men. II 3, 66. Att. trag. 292. Ter. Andr. 392. Hc. 190. 348. Ph. 472. Ht. 1036. A. Postum. Alb. ap. Macrob. III 20, 5 (P. 49, 10). Lucr. III 340. Plaut. Most. II 1, 47 *hac* quidem *causa*. Ter. Ht. 87. Hc. 283. Plaut Pseud. 847 *istacine causa* tibi hodie nummum dabo. Ter. Ad. 523 illud rus *nulla alia causa* tam male odi. Plaut. Epid. V 2, 14 quaeras *mea causa*. Men. V 1, 27. V 7, 40. V 9, 86. Amph. I 3, 42. Pers. III 1, 10 sq. Most. V 2, 47. 55. Ter. Eun. 1070. Ht. 129. 686. 1067. Hc. 28. 55. 593. Ph. 673. Caec. Stat. pall. 12. Plaut. Merc. I 2, 27 *tua causa* rupi ramices. Pers. II 4, 11. IV 9, 10. Men. V 2, 41. Merc. I 2, 40. Ter. Eun. 481 *sua causa* excludi ceteros. G. Sempr. Gracch. ap. Gell. XI 10. Lucr. IV 1274. Ter. Ph. 695. *nostra causa* scilicet in nervom potius ibit. Lucr. V 167.

Plaut. Poen. IV 2, 83 manu eas asserat suas populares *liberali causa*. V 2, 142. Curc. V 2, 68. V 3, 31. Ter. Ad. 194.

β) Plaut. Curc. II 3, 61 me illo venisse animi causa. Merc. II 3, 7. Truc. II 5, 8 lucri causa. Pseud. I 1, 120 pietatis causa. II 4, 30 horum causa haec agitur — fabula. Men. 537 stupri causa. III 1, 29 honoris causa. Ter. Ph. 928. Plaut. Pers. I 2, 13 puplicae rei causa. Most. 246 eius causa. Ter. Andr. 115. Plaut. Most. II 1, 10 trium nummorum causa. II 2, 72 auri causa. III 1, 69 faenoris causa sui. Ter. Eun. 202 causa virginis feci. Ht. 287 eius anuis causa. 547 adulescentuli causa. Hc. 233 gnati causa. 259. 331 eri causa mei. Eun. 877 contumeliae non me fecisse causa. Andr. 110 consuetudinis causa. Andr. 772 quoius causa. Ph. 544 huius causa. Ht. 129 mea solius — causa. 686 non tam meapte causa — quam illius. Naev. pall. 97 amoris causa. Turpil. pall. 112. Enn. trag. 447 sui quaestus causa. Turpil. pall. 42 quaesti causa. Enn. Euhem. 3 (12) eius rei causa. Att. trag. 485 tumulti causa. 112 cineris causa. Cat. Orig. V P. 83, 7 nostrae contumeliae causa. V. P. 83, 10 libertatis suae causa. Cael. Antip. bell. Pun. I P. 148, 2 alii rei causa in Africam missus. V P 158, 12 nullius alius rei nisi amicitiae eorum causa. Cat. orat. 10, 1 (J) avaritiae atque pecuniae causa. or. 26. 37, 1. Lex Acil. rep. 19 (C. I. 198) calumniae causa. ibid. 55. 56. Lucr. III 47 omnia laudis iactari causa. Corn. Sis. hist. VI P. 295, 2 inferendae pernicii causa. fr. inc. P. 299, 4 piscium salliendorum causa. Enn. ann. IX fr. 15 rastros dentiferos capsit causa poliendi agri. — Accedunt ii loci, quibus abl. '*causa*' coniunctus est cum gen. gerundii: Pomp. atell. 97 cacandi causa. Plaut. Men. IV 3, 13 defrudandi causa. Ter. Eun. 620 retinendi causa. Afran. tog. 134 tutandi causa. Ter. Hc. 342 visendi causa.

Eadem ratione abl. *gratia* = aus Liebe, aus Gefälligkeit (gegen einen: alicuius, i. e. um jemandes willen) usurpatur. § 12.

Plaut. Rud. I 2, 2 *qua* vos duxi *gratia*. Men. I 2, 41. Ter. Eun. 99. 159. Pseud. I 2, 27 *ea gratia*. Merc. I 2, 110. Ter. Hc. 617. Andr. 587. Ht. 768. Trag. inc. fr. 168. Plaut. Pseud. I 5, 138 *istac gratia*. v. 1289 *mea gratia*. Men. IV 3, 23. Pers. IV 3, 68 *tua* ego facio *gratia*.

Plaut. Epid. V 1, 23 istius gratia. Enn. trag. 316 tu me amoris

[20]) Ablativum esse, non instrumentalem, ex eo apparet, quod saepissime coniungitur cum praep. *de*, *ex*: Ter. Ph. 901. Hc. 309. 757.

magis quam honoris servavisti gratia. Eul. 11 (59) nominis sui gratia. Turpil. pall. 84 quaesti gratia. Att. didasc. I 4 sapientiaeque invictae gratia et honoris. Enn. trag. 161 liberorum sibi quaesendum gratia. Pacuv. trag. 43 parentum incertum investigandum gratia. Corn. Sis. hist. IV P. 293, 6 legum ferendarum gratia. Att. trag. 217 epulandi gratia.

Huc pertinet etiam abl. plur. *gratiis* = aus Gefälligkeit, aus Gunstbezeugung, i. e. ohne Bezahlung, umsonst:

Plaut. Asin. pr. 5 cave modo ne gratiis. I 3, 42 hanc tibi noctem — gratiis dono dabo. I 3, 38 nec meum — ad te ut mittam gratiis. Bacch. 15. Capt. I 1, 38 quoius nunquam voltum tranquillavi gratiis. Most. I 3, 19 te istanc gratiis laudasse. Epid. III 4, 38 tibi addam gratiis. Pers. II 4, 14. Capt. V 1, 28. Poen. IV 2, 46 et ductas gratieis.[21]) Ter. Ad. 744. Ph. 500 ut — et meam ductes gratiis. Pomp. atell. 110 non didici ariolari gratiis. Plaut. Merc. II 4, 11 nimium multum scis: tuis *ingratiis*. Amph. v. 164 a portu med ingratiis excitavit. I 1, 215. Mil. III 1, 153 faciundumst cum malo atque ingratiis. Cas. II 2, 22 qui mihi ancillulam ingratiis postulat. II 5, 7 vobis invitis atque amborum ingratiis liber possum fieri. Mil. II 5, 40. Curc. I 1, 6 est eundum — ingratiis. Ter. Eun. 220 ingratiis ut dormiam. Ht. 446. Ph. 888 ingratiis ei datum erit. Lucr. III 1069 ingratis haeret et odit. V 44.

§ 13. b) abl. *subst. verbal. in -u.*[22]) Plaut. Stich. II 2, 2 *tuo arcessitu* venio. Trin. V 2, 18 meo *adlegatu* venit. Bacch. IV 8, 35 *tuo arbitratu* v. 992. V 2, 8 sine (sc. eas deridere nos) *suo* usque *arbitratu*. Trin. IV 2, 148 vapulabis *meo arbitratu*. Pseud. I 3, 37 di te deaeque ament vel huius *arbitratu* vel *meo*. I 5, 13. II 2, 66. Men. I 1, 15. V 4, 46. Most. III 2, 106. Pers. IV 4, 7. IV 4, 50. Asin. II 2, 62. Lex Parieti faciundo. I 8. III 6 (C. I. 577) duumvirum *arbitratu*. III 7 hoc opus omne facito *arbitratu* duumvirum et duumviralium. Enn. trag. 424. Latona pariit casta *complexu* Iovis — geminos. Plaut. Trin. V 2, 16 is mille nummum se aureum *meo datu* tibi ferre — aibat. Amph. I 1, 41 ut gesserit rempublicam *ductu* imperio auspicio suo. II 2, 25. Aul. II 1, 41 si eam praegnantem *fortuitu* fecerit. Plaut. Trin. I 2, 130 *inconsultu meo*. Ter. Hc. 242 vostro *inpulsu* easdem exigunt. 687 *inpulsu* duxisti *meo*. Plaut. Merc. I 1, 101 hospitis *iussu*. Corn. Sis. hist. IV P. 293, 8 Tudertibus — populi *iussu* dat civitatem. Ter. Hc. 562 esse ausam facere haec te *iniussu meo*. 704 puerum *iniussu* credo non tollent *meo*. Ph. 231. Pacuv. trag. 56 regnum potitur *transmissu* patris. (Fortasse etiam locus, qui invenitur apud Decimum Laberium (mim. 71): . . . meo *licentiatu* ('licentatus' libri), huc est referendus). — Pacuv. trag. 114 aula resonit *crepitu musico*. Plaut. Amph. I 1, 78 boat caelum *fremitu* virum. Enn. ann. 197 omne sonabat arbustum *fremitu* silvai. Att. praet. 2 clamore et *gemitu* templum resonit. trag. 569 ubi — *latratu* unda — sonit. Enn. trag. 391 sonitus auris meas pedum *pulsu* increpat (= ein vom Tritt der Füsse herrührender Schall trifft meine Ohren). Pacuv. trag. 223 clamore et *sonitu* colles resonantes bount. Enn. ann. 432 sq. tinnit astilibus umbo, *aerato sonitu* galeae.

[21]) De hac forma v. Corssen II 700. — [22]) Eius generis ablativos non ad instrumentalem sed huc spectare, cum e comparatione ling. sanscr. (Delbrueck p. 18) tum ex eo apparet, quod apud Lucilium eiusmodi ablat. cum praep. *a* coniunctum invenimus: XXX 82 quae non spectandi studio sed *ab* omini' taetri *inpulsu* ingressast. — Aliter contra Delbrueckius ipse (p. 68) ceteros eiusmodi ablativos explicavit, quos tamen ab illo abl. 'iussu' (p. 18) utique non posse discerni equidem censeo.

c) Sequuntur *ablativi aliorum nominum*.

Lucr. I 308 quo pacto fugerit *aestu* (umor aquai). Plaut. Most. 840 *aetate* non quis optuerier. Dec. Laber. mim. 94 *amore* cecidi tanquam blatta in pelvim. Lucr. IV 1192 nec mulier semper *ficto* suspirat *amore*. VI 360 ventique *calore* deficiunt. Pacuv. trag. 223 *clamore* et sonitu colles resonantes bount. Plaut. Asin. II 4, 17. Att. praet. 2. trag. 674 scindens *dolore* — intonsam comam. Plaut. Stich. IV 2, 3 ut me hodie iugularem *fame*. Lucr. VI 360 *frigore* — desunt ignes. Ter. Ad. 409 lacrumo *gaudio* 537. Plaut. Asin. I 2, 16 sordido vitam oblectabas pane in pannis *inopia*. Ter. Ad. 105 quod tum fecisti inopia. Ht. 528. Dec. Lab. mim. 81 *lubidinitate* labitur. Att. trag. 107 te *metu* aut *segnitate* adiuvere dubitare. Corn. Sis. hist. III P. 284, 6 *metu* et *suspicione* propriam capere non poturat quietem. Trag. inc. 242 micant *nitore* tecta sublimi. Lucr. I 155 fieri divino *numine* rentur. Turp. pall. 173 conixi *somno*. Lucil. IV 24 *studio* atque *odio* illius ecferor ira. Att. trag. 409 *pavore* pecuda in tumulis deserunt. Plaut. Asin. II 4, 17 clamore ac *stomacho* non queo labori suppeditare. Lucil. fr. inc. 146 perditu' Tiresias *tussi* grandaevu' gemebat. Lucr. VI 1189. III 28 *his* ibi me *rebus* quaedam divina voluptas percipit. VI 1200 *ulceribus taetris* et *nigra proluvie* alvi — hunc tabes — manebat.

Accedunt nonnullae voces, quas huc spectare ex eo apparet, § 14.
quod cum praep. *ex, de* saepissime coniunctae inveniuntur:

consilio[23]) Ter. Andr. 502 factum id *consilio meo*. Hc. 514 quoius haec fiunt *consilio* omnia. Sempr. Asell. rer. gest. I P. 178, 12 *quo consilio* — gesta essent. I P. 179, 6 *quibus consiliis* ea gesta sint. Claud. Quadr. ann. III P. 221, 3 ne quid — *nostro consilio* — putarent factum. *consulto* Corn. Sis. hist. IV P. 293, 8 senati *consulto* et populi iussu dat civitatem. *consuetudine* Ter. Hc. 92 *antiqua* ut *consuetudine* agitarem inter vos — convivium. *iure* Plaut. Most. III 2, 24 te ipse *iure optumo* incuses licet. Men. V 1, 18 adeo *iure* coepta appellarist canes. Amph. 247 (F.) proterunt hostium copias *iure* iniustas. Ter. Andr. 214 *quo iure* quaque iniuria. 607. Att. trag. 41. 195. Leg. XII tab. VIII 12 (Br.) *iure* caesus esto. III 1 rebusque *iure* iudicatis. *lege* Lex Corn. de XX quaest. II 9 (Br.) ei quaestores *eo iure ea lege* viatores IV legunto sublegunto. Plaut. Asin. I 3, 14 semper tibi promissum habeto *hac lege*. Merc. II 3, 113 *lege dura* vivunt. V 4, 59 cum eo nos *hac lege* agamus. Ter. Andr. 200 *ea lege* atque omine, ut . . . 799. Eun. 102. Ht. 1054. Ph. 116. 626 an *legibus* daturum poenas dices. Hc. 172. Cat. Orig. IV 90 P. 79, 13 *lege publica* execrari. Lex Acil. rep. 23 (C. I. 198) aut *lege Iunia* sacramento actum siet. ibid. 41 [de]que ea re *hace lege* iudicium esto. ibid. 76. Lex agrar. 89 (C. I. 200). Lex Corn. de XX quaest. II 9 (C. I. 202). *merito* Plaut. Pseud. I 5, 61 *merito* esse iratum. Pers. 254 lubens vitulor *merito*que IV 3, 36. Ter. Andr. 574. Eun. 387. 458 *merito tuo*. Ht. 360. 915. Ph. 894. 1031 *meo merito*. 1033. Hc. 240. 470. 505. 580. 839. Ad. 946. Turp. pall. 85. Afran. tog. 248. Corn. Sull. comm.

[23]) Ter. Ph. 481 *de* eius consilio sese velle facere. — Cic. Her. II 30, 49 *ex* consulto. — Caes. bG. I 12. Sal. Jug. 71, 4: *ex* consuetudine. — Cic. de or. I 10, 41 *ex* iure; de or. II 33, 142 *de* iure. — Lex Acil. rep. 66. 72 (C. I. 198). Lex agrar. 15 (C. I. 200). Lex Corn. de XX quaest. II 6, 7 (C. I. 202) *ex* lege. — Sal. Jug. 85, 37 *ex* merito. Cic. Cat. III 6 *pro* singulari eorum merito. — Ter. Ht. 203 *ex* illius more — vivere. — Cic. Att. VI 3. Liv. I 11. Corn. Nep. Milt. 2, 4: *ex* pacto. — Plaut. Men. II 2, 1 *ex* mea sententia. Merc. I 1, 93. (v. Holtze I 53). — Cic. Att. IV 2, 4 *de* voluntate. Cic. fam. XIII 29, 7 *ex* voluntate.

II P. 196, 3 neque *nostro* neque maiorum — *merito* nobis id continget. Lucr. I 107. V 795. 822. VI 548.

meritissumo Plaut. Asin. III 3, 147 meritissumo eius. Epid. III 3, 49. Caec. Stat. pall. 15. Turp. pall. 169.

immerito Plaut. Asin. III 3, 18 quos tu — *inmerito meo* me morti dedere optas. Ter. Hc. 208. 209. 223. 597. 760. Ad. 616. Ph. 290 te omnis nos accusare audio inmerito, et me horunc omnium *inmeritissumo*.

more Plaut. Amph. I 1, 43 solens *meo more* fecero. Bacch. IV 10, 4 *more modesto*. Trin. IV 3, 24 *more* maiorum. Merc. pr. 3. Bacch. III 6, 11 multi *more isto* atque exemplo vivunt. Ter. Andr. 152 quom *alieno m.* vivendumst mihi. Enn. trag. 364 *m. antiquo* audibo. Att. trag. 636 *indomito m.* conspexit eam. Turp. pall. 182 mihi videre *tuo more* — aegre id pati. Lucr. IV 1264 *more* ferarum. VI 1279 mos — *quo* hic populus semper consuerat humari. Tit. Mumm. C. I. 542 L. Mummius donum *moribus antiqueis* hoc dare sese. *pacto* Plaut. Amph. III 2, 24 *quo pacto* id ferre induceres. Mil. IV 3, 5. Pseud. I 1, 108. 3, 7. 4, 15. 5, 154. Pers. II 5, 25. Ter. Andr. 804. Eun. 420. 585. 613. 939. Ht. 548. Ph. 242. 507. 580. 593. 793. 818. 834. 952. Hc. 546. 582. 629. 875. Ad. 365. Naev. trag. 37. Caec. Stat. pall. 206. Att. trag. 635. Afran. tog. 168 Pomp. atell. 183. Lucil. I 14. V 8. Lucr. I 84. 307. 308. II 801. VI 239. 495. 1054. Pac. trag. 286 *qui pacto*. Plaut. Merc. III 4, 38 *eo pacto*. Ter. Andr. 49. Plaut. Trin. III 2, 84 *eodem p. quo* ... Merc. II 1, 39. Lucil. VII 29. IX 5 *uno eodem*que — *p.* Claud. Quadr. ann. I P. 210, 1. Lucil. XXVI 80. *hoc p.* Ter. Ht. 475. Plaut. Pseud. I 1, 81 *istocine p.* III 2, 9. Ter. Ht. 713. Ad. 732. Andr. 792 *alio p.* Ph. 301 *nullo alio p.* Hc. 479. Lucr. III 110. Ter. Andr. 884 *aliquo p.* Ht. 735. Eun. 1083 *quoquo p.* Ad. 342. Enn. trag. 18 *ullo p.* Lucr. I 789. I 1035 *nullo p.* Ter. Andr. 247. Plaut. Pseud. I 1, 92. Lucr. I 942 *tali* p. *sententia* Plaut. Men. I 1, 15 nimis stulte faciunt *mea* quidem *sententia*. Merc. II 3, 58. Ter. Ph. 335. Ad. 65. *voluntate* Plaut. Mil. II 5, 40 nisi *voluntate* ibis. IV 3, 31. Stich. I 2, 2. Ter. Ad. 490. Plaut. Men. IV 2, 80 neque vis *tua voluntate* ipse profiteri. Ter. Ht. 1025 dictus filius tuos *vostra voluntate*. Ph. 725 volo ipsius — haec *voluntate* fieri. 785 ut *tua voluntate* id — faciat. Liv. Andr. trag. 29 cum illoc olli *mea voluntate* nunquam limavit caput. Calp. Pis. Fr. ann. II P. 127, 3 eumque orat, uti *sua voluntate* Roma concedat.

Denique huc referendi sunt etiam hi ablativi ad similitudinem eorum quos modo recensui (quanquam cum praepositionibus non inveniuntur coniuncti):

exemplo Plaut. Men. 981 eoque *exemplo* servio. Mil. II 4, 6 *istoc exemplo* tibi esse pereundum. III 1, 132 *uno exemplo* ne omnes vitam viverent. Ter. Ht. 20 *quo exemplo* sibi licere id facere. Turp. pall. 36 quia se talento — tetigi *veteri exemplo* amantium. Att. praet. 15 *patrio exemplo* me dicabo. trag. 85 mavis male mulcari *exemplis omnibus*. Plaut. Merc. II 1, 1 *miris*que *exemplis*. Ter. Ph. 688 *malis exemplis*. *imperio* Enn. trag. 286 pellem petebant Colchis — *imperio* regis Peliae. *ordine* Plaut. Pseud II 4, 71 omnis *ordine* — ducam legiones. II 3, 10 instituta, ornata cuncta mi *ordine* — certa, deformata habebam. v. 1312 omnia — *ordine* scio. Most. III 1, 25. Men. IV 3, 5. Pers. I 3, 11. Ter. Ht. 706. Eun. 970. Ad. 351. 365. 513. Ph. 580. Att. trag. 50 tuam progeniem profer *ordine*. Lucr. II 252 vetere exoritur — novus *ordine certo*. *rite* Trag. inc. 123 *rite* Thesprotum pudet Atrei. Att. trag. 695. Afran. tog. 88 idque ut *rite* intellegas te facere. *ritu* Plaut. Men. II 3, 44 haec mulier *canterino ritu* adstans somniat. Cas. III 6, 19 nihil moror *barbarico ritu* sane esse iam. Pac. trag. 393 alcyonis *ritu* litus pervolgans feror. Cat. or. 18, 7 *Graeco ritu* fiebantur Saturnalia. Lucil.

XXX 100 *canino — ritu* (codd. rito). Lucret. I 1102 *volucri ritu*. *sponte* Plaut. Truc. II 6, 46 neque queo pedibus *mea sponte* ambulare. Ter. Andr. 692 *sua sponte*. Ad. 75. Lucil. XXII 5 *sponte ipsa suaptest* adducta. Lucr. II 1059. 1092. V 212. 961. *testamento* Afran. tog. 50 cum testamento patria partisset bona.

10. Agendum iam est de eo ablativi genere, quo loci aut temporis intervallum[24]) significatur. §15.

Plaut. Mil. IV 2, 90 *postriduo* natus sum ego — quam Iuppiter. Pers. I 1, 37 quos continuo tibi reponam hoc *triduo* aut *quatriduo*. Amph. pr. 91 histriones *anno* quom — hic Iovem invocarunt. Men. I 3, 22 istanc emi *anno* uxori meae. Lucil. XXVIII 23 utrum *anno* an horno tete abstuleris. G. Sempr. Gracch. ap. Gell. X 3 *his annis paucis* ex Asia missus est. Turpil. pall. 159 oculis *longa intercapedine* adpetunt cupide intui. Lucr. III 568 nec *magnis intervallis* primordia possunt libera dissultare.

Denique huc pertinet

11. abl. coniunctus cum comparativis (abl. comparationis[25]). §16.

Plaut. Most. I 3, 122 nihil *hac docta* doctiust. Curc. IV 3, 19 stultior *stulto* fuisti. Men. IV 2, 67 nihil *hoc homine* audaciust. Pseud. IV 1, 27 neque ego hoc homine quemquam vidi magis malum. Bacch. III 2, 10 ingrato homine nihil inpensiust. Ter. Ad. 98 homine inperito nunquam quicquam iniustiust. Turpil. pall. 80 quid illo homine vivit confidentius. Plaut. Pers. II 2, 20 nullus *puero hoc* peior esse perhibetur. Ter. Eun. 201 neque — esse quemquam cariorem *hoc Phaedria*. P. Scip. Afr. ap. Cic. de orat. II 61, 249 quid *hoc Naevio* ignavius. Ter. Eun. 1051 nil est *Thaide hac — tua* dignius. Trag. inc. 175 qui plus pollet potiorque est *patre*. Ter. Ht. 255 quid *sene* erit *nostro* miserius. Plaut. Aul. V 2 quis *me* est divitior. Ter. Hc. 491 me qui sit fortunatior. 848. Eun. 1031. Plaut. Merc. II 3, 1 homo me miserior nullus est aeque. Ter. Ht. 224. 263. Plaut. Poen. V 2, 31 est nullus me hodie Poenus Punior. Ter. Hc. 861 ut unus — homo *te* vivat — blandior. Ht. 296 quis test fortunatior. Plaut. Pseud. I 3, 103 Athenis te sit nemo nequior. Pers. IV 4, 16 nullus leno te alter erit opulentior. Men. IV 2, 21 nihil *hoc* confidentiust. Most. V 1, 24 alter hoc Athenis nemo doctior dici potest. Ter. Andr. 31 quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius. Eun. 226 sq. hoc nemo fuit minus ineptus, magis severus quisquam nec magis continens. Plaut. Most. III 3, 6 non equidem ullam in puplico esse maiorem *hac* existumo. Plaut. Aul. II 2, 29 quom neque *illo* quisquamst alter parcior. Ter. Ad. 521 *istoc* siquid potis est rectius. Ht. 699 istoc nil est magis — advorsum. Plaut. Stich. II 2, 44 *quo* ego me maiorem non vidisse censeo. Most. v. 150 quo neque industrior de iuventute erat. Merc. I 1, 100 mulier *qua muliere* alia nullast opulentior. Enn. ann. 554 statuam — maiorem — auream *ahenis*. Plaut. Aul. III 5, 21 faxim muli — sint viliores *Gallicis cantheriis*. Afran. tog. 250 nemo *illa* vivit *carie* curiosior. Lutat. Catul. ap. Cic. de nat. deor. I 28, 79 (P. 192, 14) visust pulchrior esse *deo*. Ter. Ad. 861 *facilitate* nil esse homini melius neque *clementia*. Liv. Andr. trag. 16 multo ocius *verno gelu* tabescit. Pall. inc. 70 prior ire *luci claro* non queo. Plant. Epid. III 4, 87 malleum sapientiorem *manubrio*. Dec. Laber. mim. 129 *nictu* citius decidas. Plaut. Amph. I 1, 123 neque ego *hac nocte* longiorem me vidisse censeo. Trin. V 2, 30 tunica propior *palliost*. Lucr. I 699 sq. quid nobis certius *ipsis sensibus* esse potest. Lucil. XXIX 60 *spe* longius — et diutius. Enn. trag. 223 melius est

[24]) Delbrueck p. 18. — [25]) Delbr. p. 19. Holtze I 116.

virtute ius. Att. trag. 129 aliquanto *solito* lembo sum progressus longius. Lucr. IV 557 spatium — longius *aequo*. IV 1244 concretius aequo. Plaut. Men. III 1, 1 plus triginta natus *annis* ego sum. P. Corn. Scip. Afr. Minor ap. Gell. VII 11 plus *tertia parte* pecuniae paternae perdidisti. P. Corn. Scip. Afr. M. ap. Macrob. Saturn. II 10 plus *pueris viginibusque quingentis*. Epist. Cos. de Bacchan. 21 (C. I. 196) neve inter ibei virei plous *duobus mulieribus* plous *tribus* arfuise velent. Lucr. IV 1231 eius habet plus *parte aequa*. Ter. Hc. 462 plus *una hac sententia*. Leg. XII tab. X 2 *hoc* plus ne facito. Ter. Eun. 221. Ht. 63 annos sexaginta — aut plus *eo*. Hc. 421. Plaut. Pseud. III 2, 20 me nemo potest minoris quisquam *nummo* ut surgam subigere. Epist. Cos. de Bacchan. 18 (C. I. 196) dum ne minus *senatoribus C* adesent. Plaut. Pseud. 938 minus sit *nihilo*. Ter. Ph. 535. Lex Acil. rep. 13 (C. I. 198) queive minor *annis XXX* maiorve annos LX gnatus siet.

Ad analogiam comparativorum etiam cum *adverbiis* comparationis coniungitur ablativus:

aeque Plaut. Curc. I 2, 51 qui *me* erit aeque fortunatus. Amph. I 1, 137 nullus *hoc* meticulosus aeque. *adaeque* Plaut. Cas. III 5, 45 neque est neque fuit *me* senex quisquam amator adaeque miser. Most. I 1, 29 *quo* nemo adaeque — est habitus parcus nec magis continens. Capt. IV 2, 48 *qui homine* — adaeque nemo vivit fortunatior.

Caput II.

De locutionibus adverbialibus.

Adverbia maximam partem esse casus nominum inter omnes constat. Neque enim ullus est in linguis indogerm. (praeter nominativum et vocativum) casus quin usurpetur adverbialiter.[26]) Huc autem cum ea tantum adverbia pertineant, quae ablativi formam habent, ante omnia enumeranda sunt ea, quae ad *separativum* spectant ablativum.

§ 17. 1. adverbia quae exeunt in -a[27]).

contra Plaut. Mil. I 1, 3 ut — contra conserta manu praestringat — aciem. II 1, 45 ubi contra aspexit me. Cas. V 3, 2. Most. V 1, 56. Cas. pr. 49 ut item huius contra filius. Amph. I 1, 183 confidenter — hominem contra adloqui. Pacuv. trag. 281 fac tu contra mihi — respondeas. 372 qui contra fortunam negant esse ullam. Ter. Eun. 444 si laudabit haec illius formam: tu huius contra. Plaut. Pers. I 1, 15 contra adgredibor. II 2, 26 feminam scelestam te astans contra contuor. V 2, 32 set quin tu contra item dictis servis. Aul. pr. 20 item a me contra factum. Merc. V 2, 41 contra pariter fer gradum. Rud. I 4, 22 adi contra. Att. trag. 541 contra est eundum. Cat. Orig. V 95, b P. 83, 14 summa vi contra nititur. Corn. Sis. hist. IV 72 P. 288, 4 contra — procedunt. Att. trag. 538 quem neque tueri contra neque fari queas. Plaut. Amph. I 1, 62 contra Teleboae ex oppido legiones educunt. I 1, 67. 72. 81. II 2, 23 quam contra amo. Cist. I 1, 97. Trin. IV 2, 55 mihi quoque contra nugari lubet. Epid. IV 1, 20 orationis aciem contra conferam. III 3, 30 non carust auro contra. Curc. I 3, 45. Mil. III 1, 64 cedo tris mihi homines aurichalco contra.[28]) IV 2, 84. Pseud. II

[26]) Bopp. III. § 989. — [27]) Zeyss, Ueber die in Ablativform erscheinenden italischen Praepositionen (Kuhn, Ztschr. f. vgl. Spr. XVI, p. 372). Autenrieth, Terminus in quem § 29 (p. 33). — [28]) v. Lorenz ad h. l.

3, 22. Truc. II 6, 57. Ter. Ad. 50 ille ut item contra me habeat facio sedulo. 877 nunciam experiamur contra. Ph. 699 audi nunc contra. Hc. 70 tu — non contra insidiabere. 583 me certumst contra gratiam referre. Att. trag. 310 contra quantum obfueris — considera. Caec. Stat. pall. 48 nisi contra constat contumelia.[29])

extra Lucr. I 1001 nil est quod finiat extra. II 155 retrahuntur et extra officiuntur. III 577 eiectis extra vitalibus auris. IV 611 voces accipere extra. V 361 neque extra qui locus est quo dissiliant. 512 extraque tenere.

infra Lucr. II 312 longe nostris ab sensibus infra primorum natura iacet. III 27 quaecumque infra per inane geruntur. V 1371 infraque locum concedere cultis.

intra Lucr. III 592 finis dum vitae vertitur intra.

supra Pacuv. trag. 86 circum supraque quod complexu continet terram. Corn. Sis. hist. III 33 P. 282, 14 ipsi supra voluit in caput. Ter. Andr. 120 ut nil supra. Eun. 427. Ad. 264. Lex agrar. 7 (C. I. 200) quei supra scriptu[s est]. Lucr. I 531 quod iam supra tibi paulo ostendimus ante. Claud. Quadr. ann. I 7 P. 206, 8. I 19 P. 215, 10. Lucr. I 543 supra docui. 734 supra quos diximus. 846. II 499. VI 271. 1094. II 1049 supra supterque per omne nulla est finis. V 514 alium supra fluere. VI 1215 cum inhumata iacerent corpora supra. *supera* Lucr. I 429 quod iam supera tibi — ostendimus. IV 672. VI 537 supter item ut supera. V 1407 supera calamos — percurrere.

ultra Lucr. I 961 nisi ultra sit quod finiat. V 386 tantum suppeditant amnes ultraque minantur omnia diluviare.

Accedit adv. *iuxta*, ablativus superlativi de voce IVG flexi.[30]) Claud. Quadr. ann. VI 57 P. 225, 4 ubi iuxta venit. Invenimus apud Plautum semper coniunctum cum praepositione 'cum' eodem fere sensu quo adv. 'similiter' 'aeque'[31]): Plaut. Pers. II 2, 67 iuxta tecum si tu nescis nescio. IV 3, 75. Mil. II 2, 79. Trin. I 2, 160 iuxtaque eam curo cum mea. Pseud. IV 7, 62 iuxta cum ignarissumis. Aul. IV 7, 1 iuxta rem mecum tenes.

Adv. *frustra*[32]) de ablativo nihil servavit nisi formam. Plaut. Amph. III 3, 19 frustra sunt duo. Bacch. 840 (F.) frustra's. Pers. I 3, 60 Ter. Ht. 693 frustra operam opinor sumo. Enn. sat. v. 33 quom frustrast, frustra illum dicit frustra esse. 35. Lucr. II 1060 frustraque coacta. IV 569. 1099 frustraque laborat. V 1430. VI 396.

De adv. *circa*[33]) exempla non habeo.

2. **adv. in-tus**, quae omnia ad significandum motionis initium § 18. usurpantur. Quibus et forma et significatione paria atque aequalia sunt linguae Sanscr. adverbia in *-tas*, Graecae in -θεν[34]), quae terminationes eodem modo inter se cohaerent quo in eisdem linguis terminationes personales: sanscr. -mas, graec. -μεν, lat. mus: b'arâ*mas* = φέρομεν = feri*mus*.[35])

antiquitus Cat. ap. Plin. n. h. XXIX 7 elegantem dictum antiquitus. **divinitus** Plaut. Amph. V 1, 53 divinitus non metuo. Curc.

[29]) Omitto eos locos, quibus omnia haec adverbia coniuncta cum accusativo in usum praepositionum transierunt. — [30]) Corssen, Ueber Steigerungs- und Vergleichungsendungen (Kuhn, Ztschr. III 385). — [31]) Lorenz ad Plaut. Mil. II 2, 79. Holtze I 88. — [32]) Corssen II 454. De forma 'frustrā' ibid. — [33]) Corssen l. c. — [34]) Delbrueck p. 3. Bopp § 421. Schleicher, Compendium § 251. Anm. 1. — [35]) A. Kolbe, de suffixi θεν usu homerico. Gryphisw. 1863.

II 1, 33 qui sciat divinitus. Enn. ann. 11 venit divinitus pullis ipsa anima. ***funditus*** Plaut. Bacch. III 6, 31 perdidisti me sodalem funditus. Trin. I 2, 128 omnia paene ille — funditus pessum dedit. Most. III 1, 154. Ter. Andr. 244 pereo funditus. Enn. ann. 132 speres ita funditus nostras. 163 vosque lares tectum nomen qui funditus curant. Att. trag. 22 funditus fligi. ***germanitus*** Pomp. atell. 146 cuii amicus est germanitus. ***humanitus*** Enn. ann. 128 si quid me fuerit humanitus. Ter. Ht. 99 coepi non humanitus — tractare. Turpil. pall. 165 quidquam facere humanitus. Afran. tog. 290 ferre humana humanitus. Cass. Hem. ann. IV 35 P. 106, 6 omnes artes humanitus ... aguntur. ***immortalitus*** Turpil. pall. 89 inmortalitus se optulit mi haec facultas. ***medullitus*** Plaut. Most. I 3, 86 eam medullitus me amare. Truc. II 4, 85 ostendit sese iam mihi medullitus. Enn. sat. 7 qui mortalibus versus propinas flammeos medullitus. (***oculitus*** amare Plaut. ap. Non. p. 147, 27.) ***penitus*** Pacuv. trag. 99 sub eo saxo penitus strata harena ingens specus. Att. trag. 62 in sedem infernam penitus depressam. 401. Trag. inc. 154 aurum penitus abditum. Lucr. I 145 res quibus occultas penitus convisere possis. III 273 penitus prorsum latet. IV 270 certe penitus semota. IV 329. I 529 nec porro penitus penetrata retexi. VI 698. I 226 si penitus peremit consumens materiem omnem. I 262 haud igitur penitus pereunt. I 537 magis his rebus penitus temptata labascit. I 541 ad nilum penitus res quaeque redissent. IV 268 duritiem penitus saxi sentimus in alto. IV 695 penitus fluere atque recedere rebus odores. VI 1141 penitus veniens Aegypti finibu' morbus. VI 1254 penitusque casa contrusa iacebant corpora. ***primitus*** Lucil. V 29 pretio ingenti dad primitu' paucos. ***publicitus*** Plaut. Amph. IV 2, 7 an foris censebas nobis puplicitus praehiberier. I 1, 8 puplicitus ego hospitio accipiar. Bacch. II 3, 79 ibidem puplicitus servant. Pers. IV 3, 40 ut fiat auctio poblicitus. Ter. Ph. 978 non hoc publicitus scelus hinc asportarier. Enn. ann. 189 proletarius publicitus — ornatur. Caec. Stat. pall. 185 publicitus defendundumst. Titin. tog. 122 statui statuam publicitus. Lucil. XII 5 publicitus qui mi — praebeat aurum. XVI 1. XXX 121. ***pugnitus*** Caec. Stat. pall. 49 pugnitus pessum dari. ***radicitus*** Plaut. Most. V 1, 62 sq. omnia malefacta vostra repperi radicitus: non radicitus quidem hercle, verum etiam *exradicitus*. ***sollemnitus*** Liv. Andr. trag. 9 sollemnitusque deo litat laudem lubens.

intus Plaut. Bacch. IV 6, 26 servos arcessit intus. IV 9, 127 binos Philippos iam intus ecferam. Mil. II 5, 49. IV 8, 28. Amph. II 2, 138 intus pateram profecto foras. Mil. IV 4, 60 illum — exiturum esse intus. Pseud. I 1, 129 ipse egreditur intus. Pers. II 4, 30. Pseud. II 2, 10 intus evocabo aliquem foras. — Usurpatur hoc adverbium etiam ad significandum terminum '*in quo*' eadem significatione ac nostrum 'drinnen': Enn. ann. 420. Caec. Stat. pall. 40. Turpil. pall. 1, 51. Afran. tog. 399. Lucil. IX 59. Alia exempla invenies ap. Holtzium (Synt. prisc. scr. lat. II 288; Synt. Lucret. p. 158). ***subtus*** Cat. R. R. 48, 2 uti subtus homo ambulare possit. 157, 3.

§ 19. 3. Accedunt denique a b l a t i v i p a r t i c i p i o r u m, qui a d v e r b i a l i t e r u s u r p a n t u r. Quos ad ablativum separativum spectare ex eo apparet, quod persaepe cum praepositionibus (de, ex) coniunctos eos invenimus.[36])

[36]) *De conpecto:* Plaut. Capt. III 1, 24. Pseud. I 5, 126; *ex conpacto:* Suet. Caes. 20. — *de composito:* App. mag. p. 273; *ex composito:* Liv. I 9, 10. — *de inproviso:* Ter. Andr. 417. Ht. 281. *ex inproviso:* Plaut. Rud. IV 5, 2. — *ex insperato*: Liv. I 25, 9. — *ex occulto:* Ter. Eun. 787; *desubito, derepente* v. infra § 20.

auspicato Plaut. Pers. 607 in proelium vide ut ingrediare auspicato. Ter. Andr. 807 haud auspicato huc me attuli. ***conpecto*** = (compacto) Afran. tog. 90 te facere conpecto omnia. ***composito*** Ter. Ph. 756 composito factumst. ***consulto*** Plaut. Poen. III 5, 43 consulto hoc factum est. Cael. Ant. bell. Pun. VI P. 160, 4 consulto non paucies arcessitum. ***faenerato*** Plaut. Asin. V 2, 52 (896 F.) ne ille ecastor faenerato funditat. Men. 626 (R.) ne illam ecastor faenerato mi abstulisti. ***inproviso*** Plaut. Asin. II 2, 44 tantum adest boni inproviso. Rud. IV 5, 6 inproviso filiam inveni meam. Att. praet. 31 di rem tantam haut temere inproviso offerunt. ***insperato*** Plaut. Aul. arg. I 14 aulam insperato invenit. Lucil XXX 38 insperato abiit. ***intestato*** Leg. XII tab. V 4. Pomp. atell. 113 senex intestato proficiscitur. ***occulto*** Afran. tog. 295 age curre cursim ad Numisium occulto. ***optato*** Plaut. Amph. II 2, 26 certe enim me illi exspectatum optato venturum scio. Ter. Andr. 533. ***praefinito*** Ter. Hc. 94 illi haud licebat nisi praefinito loqui. ***repente*** Plaut. Pseud. I 1, 37 repente exortus sum. Mil. II 2, 21 ita abripuit repente sese subito. Ter. Ad. 984 quae res tam repente mores mutavit tuos. Enn. ann. 70. 316. 368. 48. 170. Titin. tog. 80. Att. trag. 424. Afran. tog. 54. Nov. atell. 55. Claud. Quadr. ann. I P. 212, 5. Corn. Sis. hist. IV P. 271, 9. Lic. Mac. ann. P. 309, 10. Cat. or. inc. 13. ***subito*** Plaut. Pseud. II 2, 7 nova res subito mi haec obiectast. Amph. I 3, 4 quod tu tam subito domo abeas. V 1, 10 subito ut propere, ut valide tonuit. Mil. II 2, 21. Ter. Eun. 642 quod timida subito egreditur Pythias. Ph. 180. Pacuv. trag. 285. Caec. Stat. pall. 81. Turpil. pall. 50. Pomp. atell. 125. Lutat. Cat. vers. ap. Cic. de nat. deor. I 28, 79 (P. 192, 12). Corn. Sis. hist. III P. 284, 6. IV 291, 12.

Caput III.

De locutionibus praepositionalibus.

Praepositionum latinarum, quae cum ablativo coniunguntur, ad separativum abl. pertinent hae: a ab abs, absque, clam, de, ex, prae, pro, sine, tenus.[37]) Sed supervacaneum est atque inutile omnes enumerare locos vel quam plurima coacervare exempla, e quibus ablativum cum his praepositionibus coniungi appareat, praesertim cum non sit consilium praepositionum doctrinam accuratius pertractare; itaque satis est de singulis praepositionibus pauca afferre exempla. Qui tamen de praepositionum usu diligentius quaerere volunt, eos ad Holtzii libros[38]) delegamus.

a ab abs. (Holtze I p. 40 sq.; Synt. Lucr. p. 52 sq.) § 20.

Plaut. Merc. III 4, 11 iam *a* portu redisse potuit. Most. II 2, 6 apage te a me. Epid. II 2, 66 allatae tabellae sunt — a Stratippocle. Men. III 3, 29 abire *ab* his locis lenoniis. Pomp. atell. 45 longe ab urbe. Ter. Andr. 386 ut ab illa excludar. Plaut. Amph. II 2, 111 *aps* te abii. Pac. trag. 327 segregare abs te. Enn. trag. 155 iniuria abs te adficior.

absque. (Holtze I 344.) Plaut. Capt. III 5, 96 quod apsque hoc esset. Trin. IV 1, 13 apsque foret te. Ter. Ph. 188.

clam apud antiquissimos scriptores non cum ablativo, sed cum

[37]) Delbrueck, p. 22. 72. — [38]) Syntaxis prisc. scr. lat. Lips. 1861. — Synt. Lucretianae lineamenta. Lips. 1868. — Praeterea conferenda est M. Rugii de abl. in vet. ling. ital. form. et usu dissertatio (G. Curtius und Brugmann, Studien X p. 394 sqq.).

genitivo (Plaut. Merc. I 1, 43) et cum accusativo (Holtze I 213) coniungitur. Iis locis Plautinis, quibus in codd. ablativus invenitur (Merc. III 2, 2. IV 6, 5. aliis locis), a Ritschelio accusativus est restitutus.

de. (Holtze I 54 sq. 100. 124; Synt. Lucr. p. 57—60.) Plaut Pseud. IV 7, 127 de inprobis viris auferri praemium et praedam decet. Trin. II 2, 68 de magnis divitiis si quid demas. Cat. Orig. II 53 P. 65, 19 de Marso detorsum nomen. Dec. Laber. mim. 103 movere — de statu.

Huc referenda sunt nonnulla adverbia composita, ablativo praepositioni subiuncto:

denuo (= de novo.) Plaut. Most. I 2, 36. Mil. III 3, 3. Amph. I 1, 238. Capt. II 3, 51. III 5, 109. Trin. III 3, 75. Ter. Eun. 691. 899. Ht. 543. 808. Enn. Epich. 4. 7 (10). (v. Hand Tursell. II p. 278 sq.).

derepente Plaut. Most. II 2, 57. Ter. Hc. 554. Enn. trag. 76. 210. 352. Turpil. pall. 3. Pall. inc. 22. Att. trag. 184. Afran. tog. 199. 223. Pomp. atell. 132. Nov. atell. 44. Cat. Orig. V P. 84, 1.

desubito Plaut. Bacch. I 1, 46. Capt. pr. 62. Most. II 1, 63 Stich. V 4, 39. Enn. com. 9. Caec. Stat. pall. 10. Att. trag. 367. Naev. trag. 9. Titin. tog. 80. Afran. tog. 101. Pomp. atell. 102. 124. Nov. atell. 89. Lucil. X 8. Lucr. II 265. Claud. Quadr. ann. II P. 219, 8.

ex (Holtze I p. 48 sq. 100. 124; Synt. Lucr. p. 60 sq.) Plaut. Aul. I 1, 5 extrusisti ex aedibus. Epid. IV 1, 37 postquam audivi ex meo servo. Ter. Hc. 873 licetne scire ex te. Cass. Hem. ann. IV P. 106, 8 ex Tiberi lacte haurire.

erga (= ex rega 'aus der Richtung auf etwas hin' 'gegenhin' 'gegenüber').[39]) Quod adverbium semper coniunctum cum accusativo in usum praepositionis tronsiit.

ergo (= ex rego 'aus der Richtung her' 'aus dem Rechte' 'aus dem Grunde' 'deswegen' 'wegen'.[40]) Cum genitivo coniungi potest. Enn. ann. 315. Euhem. 11 (58.) Pacuv. trag. 365 [2]. Att. trag. 283. Pomp. atell. 109. Turpil. pall. 11 37. Titin. tog. 56. Lucil. IX 8. 11. XXVI 86. XXVII 5. Corn. Sis. hist. IV P. 293, 10. Claud. Quadr. ann. III P. 220, 15. Cato or. 64, 1. (Hand. Turs. II 440. Holtze II 363 sq. I 328).

extempulo, extemplo Plaut. Bacch. v. 968. Mil. 461. Aul. I 2, 15. Cist. I 1, 98. II 3, 30. Poen. I 1, 55. Bacch. 291. Ter. Andr. 518. Hc. 373. Enn. ann. 377. trag. 234. 274. Pacuv. trag. 140. Naev. pall. 98. Caec. Stat. pall. 161. Att. trag. 385. Trag. inc. 24. Lucil. III 57. Claud. Quadr. ann. I P. 208, 9. Lucr. II 763. 893. III 123. IV 742. VI 898. (Hand Turs. II 669. Holtze I 101. 102.)

prae. (Holtze I 345; Synt. Lucr. 67.) Plaut. Bacch. IV 3, 10 quod fuit prae manu. Most. 245 (R.) video te nihili pendere prae Philolache omnis homines. Ter. Ht. 308 prae gaudio.

pro.[41]) (Holtze I 345 sq.; Synt. Lucr. 67 sq.) Plaut. Pers. III 1, 13 utrum pro ancilla me habes an pro filia. Most. I 3, 54 pro capite tuo quantum dedit. Ter. Eun. 168 minas viginti pro ambobus dedi. Enn. trag. 176 pro vostra vita morti occumbant. Calp. Pis. Fr. ann. III P. 131, 6 eumque pro tribu aedilem — renuntiaverunt.

profecto (= pro facto) Plaut. Capt. I 2, 10. Curc. III 33. Mil. IV 7, 9. Pacuv. trag. 205. Att. trag. 142. 618. Turpil. pall. 142. Afran. tog. 170. Ter. Andr. 554. 703. Eun. 184. 381. 396.

---

39) Corssen I 448. 449. II 870. — 40) Corssen ibid. — 41) Corssen I 201 sq. II 482.

se, sine. (Holtze I 344 sq.; Synt. Lucr. 68.) Leg. XII tab. III, 6 *se* fraude esto. Plaut. Amph. II 2, 110 atque id *sine* malo. Stich. I 2, 24 advorsari sine dedecore et scelere summo hau possumus. Att. trag. 159 sine deum opera. Cael. Antip. I P. 148, 8 sine periculo bellum geri.

tenus.[42]) (Holtze I, 86.) Claud. Quadr. ann. P. 220, 13 animo tenus conmoti. Alia exempla non habeo; nam Plaut. Men. V 2, 106 (hunc senem osse tenus dolabo; cf. Brix ad. h. l.) non est cur a codicum scriptura (osse fini = ita ut os finis sit) recedamus. Apud Lucretium etiam cum genitivo coniunctam invenimus hanc praepositionem (Holtze, Synt. Lucr. p. 51).

pro-tenus, protinus[43]) Corn. Sis. hist. I P. 278, 17; IV P. 285, 4; 286, 8. Ael. Tub. hist. I P. 311, 2. (Hand Tursell. IV 620 sq.)

quatenus Luc. II 927. III 218. 424. IV 750.

Liber II.

De Locativo

(De locativo et de abl. local.) .

Ad significandum locum ubi aliqua fit actio usurpabatur locativus et, postquam hic casus exolevit, ablativus. Cum autem locativus non penitus remotus sit ex usu sermonis, sed aliquot restiterint reliquiae, non solum de ablativo loc. mihi est agendum, sed ea quoque, quae de prisco locativo supersunt, recensebo hoc libro. Usus Delbrueckii distributione primum agam de proprio locativo (Cap. I.), tum de eo locativi genere quo terminus motionis indicatur (Cap. II.), denique de locativo coniuncto cum praepositionibus[44]) (Cap. III).

Caput I.

De proprio locativo.

Significatur hoc casu

A. locus ubi aliqua actio fit.

Huc pertinent:

1. nominum propriorum § 21.

a) locativi

Enn. heduph. 2 mures sunt *Aeni*, spissa ostrea plurima *Abydi*. Plaut. Merc. III 4, 21 neque hic neque *Acherunti* sum. Capt. III 5, 31. V 4, 1. Lucr. VI 585 fuit *Aegi* in Peloponneso. Plaut. Mil. 654 non sum in Apulis

---

42) Delbrueck p. 27. — 43) Corssen II 419. — 44) Delbrueck p. 28. 29.

(sc. natus), non *Animulae*. Enn. heduph. 4 *Brundusii* sargust. trag. 425 Latona pariit — *Deli* deos geminos. Plaut. Bacch. II 3, 102 nullust *Ephesi* quin sciat. IV 9, 124. Mil. 654. Men. pr. 51 siquis quid vostrum *Epidamni* curari sibi velit. Epid. V 1, 30[45]) *Epidauri* satam. Cas. pr. 71 hoc fieri in Graecia et *Karthagini*. Poen. V 2, 78. 96. Ter. Ph. 942 *Lemni* habuit aliam. 1013. Ad. 654 habitat *Mileti*. Enn. heduph. 3 est pecten *Mitylenae*. Ter. Eun. 107 ea habitabat *Rhodi*. Lucil. XIV 4. Cat. Orig. II 64 P. 70, 5 quescumque *Romae* regnavissent. Lex Iul. Mun. 2. 9. 11 (C. I. 206) sei is — Romae non erit. Plaut. Cist. I 3, 8 *Sicyoni* fuere iamdiu Dionysia. Pseud. IV 2, 38. Ter. Eun. 519 rus *Sunii* ecquod habeam. Enn. heduph. 6 *Surrenti* face emas helopem. hed. 5 apriculum piscem scito primum esse *Tarenti*. Plaut. Men. pr. 29.

b) ablativi locales

***Plaut*. *Poen*.** I 3, 22 quantum *Acherunte*st mortuorum. Lucr. III 628 animas Acherunte vagari. 978. 984. VI 1116 *Atthide* temptantur gressus. I 84 *Aulide* — aram — turparunt sanguine. VI 585 in Syria *Sidone* quod accidit. Plaut. Pseud. I 3 103 *Athenis* te sit nemo nequior. Merc. V 2, 104. Men. pr. 8. Trag. inc. 259. Lucil. inc. fr. 29. Cat. ad Marc. f. libr. 1. Enn. heduph. 6 glaucum cape *Cumis*. Lucr. VI 1108 *Gadibus*. Lex Puteol. parieti faciundo: qui in consilio esse solent *Puteolis*. Plaut. Men. II 3, 57. qui *Suracusis* perhibere natus esse in Sicilia. V 9, 38. pr. 17. 69. Epid. V 1, 29 e Philippa matre gnatam *Thebis*. Att. trag. 584.

2. nominum appellativorum

§ 22. a) locativi

domi Plaut. Aul. II 2, 88 mi esse thensaurum domi. Amph. II 2, 81 expertem te factam adveniens offendi domi. Bacch. III 5, 4 si fortest domi. Ter. Ht. 872 ego domi ero. Eun. 568 forte fortuna domi erat quidam eunuchus. Naev. pall. 93 domi patres patriam ut colatis potius quam peregri probra. Enn. ann. 103 sibi quisque domi Romanus habet sas. trag. 115. 257. 296. Caec. Stat. pall. 101 nisi — domi turbam aliquam dederit. pall. 107. 198. Afran. tog. 196. 210. Lucil. XIX 3, XXVII 27. XXIX 53. XXX 46. Corn. Sis. Miles. XIII P. 297, 4 aliquid quod domi habebis. Cat. or. 18, 1 (J.). 19, 3 carm. de mor. 2. Lucr. IV 997. V 1334. Plaut. Epid. III 4, 62 quod tibi negotist *meae domi* igitur. Most. I 3, 34. Stich. I 3, 38 *tuae* si cenassit *domi*. Pers. IV 3, 43 mihi is honores *suae domi* habuit maxumos. Truc. II 6, 50. Most. IV 1, 18 tot *domi*[46]) pessumi *nostrae* vivunt. Men. II 3, 9. (Alia exempla invenies apud Holtz. I p. 67 sq.)

domi duellique Plaut. Capt. pr. 68 domi duellique duellatores optumi. Asin. III 2, 13 quae domi duellique male fecisti. *domi — militiae* Enn. trag. 257 neque domi nunc nos nec militiae sumus. Ter. Ad. 495 una semper militiae et domi fuimus.

ruri[47]) Plaut. Most. I 1, 4 te ruri, si vivam, ulciscar probe. I 1, 7 an ruri censes te esse. I 1, 18. 1, 34. III 2, 112. Bacch. II 3, 131. Truc. V 23 neque ruri neque hic. Merc. II 2, 2. III 1, 11. 1, 46. IV 1, 20. 4, 25. V 3, 82. Ter. Ph. 250 opus ruri faciundum. 363 ruri fere se continebat. Hc. 215. Ad. 45. 95. 401. Titin. tog. 175 nunc ruri pergraecatur.

viciniae[48]) Plaut. Bacch. II 2, 27 proxumae viciniae habitat. Mil. II 3, 2 hic proxumae viciniae. Ter. Ph. 95 vidi virginem hic viciniae miseram.

peregri[49]) Plaut. Amph. pr. 5 peregrique et domi. I 1, 196 quia nos eramus peregri. Pers. I 1, 30 quia erus peregrist. — Ain tu, peregrist? Naev. pall. 93 domi — patriam ut colatis potius quam peregri probra.

animi[50]) Plaut. Epid. III 1, 6 qui *angas* te animi. Aul. I 2, 27 *discrucior* animi. Ter. Ad. 610. Plaut. Mil. IV 2, 76 quid illam miseram animi *excrucias*. IV 6, 65. Epid. III 3, 8. Rud. II 3, 68. Ter. Ph. 187. Pacuv. trag. 294 animi *horrescit*. 302 triplici pertimefactus maerore animi incerte *errans vagat*. Corn. Sis. hist. III P. 285, 2 sublatus laetitia nimia atque impotentia *commotus* animi. Plaut. Merc. I 2, 18 ego animi *pendeo*. I 2, 54. Ter. Ht. 727. Eun. 274 ut *falsus* animist. Hc. 121 fecit animi ut *incertus* foret. Plaut. Cist. II 1, 8 *lassum* animi. IV 2, 3 petulantia mea me animi *miseram* habet. II 1, 6 nubilam mentem *animi* habeo. Trin. II 4, 53 satin tu's sanus mentis aut *animi tui*.

Accedit denique:

praefiscini, praefiscine, quam vocem huc pertinere docuit Corssen.[51]) Cum sit locativus flexus de voce 'prae-fiscinum' = vorbefindliches Mittel gegen Zauber, Vorkehrung gegen Zauber, significat: 'in Vorkehrung (Schutz) gegen Zauber befindlich' 'in Sicherheit vor Zauber' = 'unberufen'. Plaut. Asin. II 4, 84 praefiscini hoc nunc dixerim. Rud. II 5, 4 praefiscine, satin nequam sum, utpote qui hodie amare inceperim? Titin. tog. 110 tuam ad laudem addito 'Praefiscini'. Afran. tog. 36 scis habitum ita ut nunc obtinet. praefiscine!

b) ablativi locales. § 23

Plaut. Cas. IV 1, 5 omnes festinant intus *totis aedibus*. Lucr. V 254 quas validi *toto* dispergunt *aëre* venti. V 398 *aethere* raptavit *toto*. III 784 non *aequore salso* nubes esse queunt. 892 cum summo gelidi cubat aequore saxi. Att. trag. 537 ubi habet? urbe *agrone?* — Huc etiam abl. loc. '*peregre*' pertinet (nisi forte ad verum locativum est referendus): Plaut. Cist. II 3, 37 peregre hinc habitatum. Naev. pall. 84 qui hic ante parta patria peregre prodigunt. — Enn. ann. 359 quae neque *Dardaniis campis* potuere perire. Plaut. Asin. V 2, 23 opere illic *foris* faciundo. Stich. I 3, 36 nisi egomet cenem foris. Plaut. Most. 1062. Stich. IV 2, 18. Men. I 2, 17. II 2, 57. Most. II 2, 21. III 1, 153. Merc. I 2, 18. III 4, 2. Pers. IV 4, 20. Cist. IV 2, 20. Mil. II 1, 76. Ter. Eun. 934 dum foris sunt. Ht. 923. Ph. 743. Caec. Stat. pall. 162 quod foris potaveris. Titin. tog. 146 foras exire, foris ut praesit linteum. Pomp. atell. 85 idibus cenant foris. Lucil. IX 28. XXX 34. Claud.

---

[45]) Cf. Brix ad h. l. (Jahn'sche Jahrb. 1870 vol. 101, p. 761). — [46]) Nonnullis locis (Plaut. Trin. IV 1, 22. 3, 20. Bacch. II 3, 44. Ter. Eun. 815) 'domi' non locativus sed genitivus est. (Buecheler p. 31. Corssen II 738.) Conferendi sunt genitivi: *quaesti* Plaut. Most. V 1, 58. (v. Lorenz ad h. l.) Pers. 66. Ter. Hc. 836; *sumpti* Trin. v. 250. — [47]) De hac voce v. supra § 1. Corssen I 775. Buecheler p. 62.

[48]) Buecheler p. 61. Klotz, JJbb. 1852 vol. 64. p. 200. Holtze I 74. — [49]) v. supr. § 1. Corssen I 776. Buecheler p. 62. — [50]) Quam vocem omnibus his locis non esse genitivum sed locativum apparet ex eo, quod iis locis, quibus invenitur pluralis, non scribitur 'animorum', sed 'animis' (abl. loc.): Cic. Tusc. I 40 animis pendere. Delbrueck p. 31. — [51]) I 775 sq.

Quadr. ann. I P. 206, 2 qui foris atque qui in arce erant. Lucil. fr. inc. v. 114 ibus ab rebus clepsere *foro* qui (= qui in foro de rebus eis subduxerunt nescio quid. M.). Att. trag. 569 ubi *curvo litore* — unda — sonit. Plaut. Most. I 3, 97 *suon'* quidque *loco*st. Cat. ad Marc. fil. 1 (J). Ter. Ad. 344 *peiore* res *loco* non potis est esse. Enn. ann. 372 *quo* res sapsa *loco* sese ostentat. Att. trag. 54. Cat. or. 2 (J) (de sumptu suo). Lucr. III 548 sq. *loco* quae fixa manet *certo*. IV 380 *quocumque loco* sit lux. Corn. Sis. hist. IV P. 288, 14 pecuda *locis* trepidare *compluribus*. IV P. 290, 24 si res communis *melioribus locis* constitisset. Lucr. IV 370 *locis* ex ordine *certis*. Enn. trag. 87 iamque *mari magno* classis cita texitur. Plaut. Poen. pr. 105 *mari*que *terra*que — quaeritat. Lucr. III 837. V 219. II 331 est quidam locus *altis montibus*. VI 963. VI 786 est — *magnis* Heliconis *montibus*. Ter. Andr. 342 *toto* me *oppido* exanimatum quaerere. Lucr. V 143 aut in aqua — aut *altis* aetheris *oris*. V 1166 qui delubra deum nova *toto* suscitat *orbi*. Enn. ann. 497 succincti gladiis *media regione* cracentes. Lucil. III 27 *regionibus illis*. Ter. Ht. 63 agrum *his regionibus* meliorem — nemo habet. Lucr. II 293 nec *regione* loci *certa* nec tempore certo. II 249 *nulla regione*. I 958. Plaut. Cas. I 22 *rure* incubabo usque in praefectura mea. Lucr. III 786 neque *saxis* sucus inesse. V 130. Enn. trag. 413 *saxis* fixus *asperis*. Lucr. III 616 sq. *unis sedibus* et *certis regionibu'* pectoris haeret. Enn. ann. 441 equs, *spatio* qui saepe *supremo* vicit Olimpia. Lucr. II 219 incerto tempore — *incertis*que loci *spatiis* decellere paulum. Att. trag. 63 depressum *altis* clausere *specis* (= specubus). Lucil. XV 26 dum miles *Hibera terra* — meret. Plaut. Merc. 57 conclamitare *tota urbe*. Att. trag. 537. Ter. Andr. 442 ipsus secum eam rem reputavit *via*.

Plaut. Men. V 9, 99 vix credo *auctione tota* capiet quinquagensies. Att. trag. 53 si med *eodem lecto* comitasset patri. Naev. trag. 31 ubi bipedes volucres *lino* linquant lumina. Lucil. XXX 69 *laqueis manicis pedicis* mens irretitast. Lucr. IV 328 quaecumque retro *parte interiore* latebunt. V 769 cur nequeat *certa* mundi languescere *parte*. VI 984 varii sensus *animantibus* insunt.

bello (vincere).

Enn. ann. 549 pars occidit illa *duellis*. Lucil. XIII 2 aut forte — ac fortuna vincere *bello*. Cat. or. 52, 1 si quis vestrum *bello* superfuerit. Lucil. XXVI, 53 superatus *proeliis* saepest *multis*, *bello* vero nunquam. Enn. trag. 23 res Argivum *proelio* ut se sustinet. Plaut. Amph. I 1, 70 victi utri sint *eo proelio*. Claud. Quadr. ann. IV P. 223, 4 horas duas *gravi proelio* urserunt. Trag. inc. 17 omnis aequalis vincebat *quinquertio*.

animo, corpore.

Enn. ann. 210 quid ego hic *animo* lamentor. 212 ast animo superant atque — volnera despernunt. trag. 288 Medea animo aegra. Ter. Andr. 273 quam ego animo egregie caram pro uxore habuerim. Ht. 232 eam opinionem quae mihi animo exaugeant. Ad. 655 animo malest. 892 iudicavi animo meo. Lucil. XXVI 22 animo quei aegrotat. Afran. tog. 319 animo ordire oportet minime paululo rem paululam. Lucr. III 1054 ponpus inesse animo. Plaut. Merc. II 3, 12 quid *corde* nunc consili capere possim. Capt. II 3, 60 videas corde amare inter se. Pseud. III 1, 3 quantum ego nunc corde conspicio. Enn. ann. 44 neque posse corde capessere. 49 corde cupitus. 513 corde suo trepidat. 521 corde relinquite somnum. Enn. ann. 9 quae cava *corpore* caeruleo cortina receptat. Lucr. V 789 pili — saetaeque creantur quadripedum *membris* et *corpore* pennipotentum. III 634 toto sentimus corpore inesse vitalem sensum. I 590. III 281 dominatur corpore toto. III 148 sq. non omni concruciamur corpore. V 273 qui corpore toto mutatur. Plaut. Cist. I 1, 65 in latebras abscondas *pectore* penitissumo. Ter. Ad. 613 pectore nil sistere consili quit. Host.

ap. Serv. ad Verg. Aen. XII 121: sententia praesto pectore pilata. Lucil. XII 3 firmiter hoc — tuo sit pectore fixum. Plaut. Stich. 170 *utero* haeret *meo*.

aqua (lavare).[52]

Afran. tog. 187 *aquam* ex ceno haurire, *qui* laverent manus. Naev. trag. 7 amnis *niveo fonte* lavere me memini manum. Att. trag. 578 *salsis* cruorem *guttis* lacrimarum lavit. Enn. trag. 370 lavere *lacrumis* vestem squalam. Plaut. Pseud. I 1, 8. Att. trag. 420 lavere *salsis* vultum *lacrumis*. Afran. tog. 322 viden tu lavere *lacrimis* me tuum collum. Att. trag. 666 *calida latice* lautus. Enn. trag. 228 pergunt lavere sanguen *sanguine*. Att. trag. 607 *suo* sibi lautum *sanguine tepido*. Pacuv. trag. 244 *lumpis* (= lymphis) *flavis* flavum ut pulverem abluam. Att. trag. 134 qui me — *dictis mertare* institit. Lucil. XXVI 61 si hic vestimenta *elovit luto*.

sepulcro (sepelire).

Afran. tog. 115 *hoc sepulcro* sepeliet. Enn. ann. 142 heu quam *crudeli* condebat membra *sepulcro*. 291 vino domiti *somno*que sepulti. Plaut. Most. V 2, 1. Lucr. I 133.

Sequitur locativus (abl. loc.) coniunctus cum verbis *stare*, §24.
niti, *fidere* (eodem sensu, quo nos praep. '*auf*' utimur).[53]

stare Lucil. XXIX 104 hic stare papillas *pectore marmoreo*. *sistere* Plaut. Curc. II 3, 8 quin *capite* sistat. Mil. 851. Capt. IV 2, 13 qui opstiterit *ore* sistet. Mil. 344 (R.) *pede* — illam sistam huc — in viam.

niti Att. trag. 629 *remis*que nixi. Enn. ann. 168 Romani *scalis* — nituntur. Afran. tog. 370 quin *meo* sit nixus *nomine*. Claud. Quadr. ann. I P. 212, 10 *sua virtute* nixus. Lucr. II 863 fundamenta, *quibus* nitatur summa salutis. *coniti* Att. praet. 23 eius germanum *cornibus* conitier. *inniti*. Enn. trag. 54 *luna* innixus. Turpil. pall. 31 *sandalio* innixa digitulis primoribus. *obniti* Enn. ann. 148 *densis* aquila *pinnis* obnixa. *nixari* Lucr. III 1000 *adverso* nixantem trudere *monte* saxum. IV 506 fundamenta, *quibus* nixatur vita salusque. *fulciri* Lucil. III 50 *pulvino* fultus.

confidere Plaut. Merc. V 2, 14 quemvis confidentem facile *tuis factis* facis. II 3, 28 qui *rebus meis* confidam. Att. trag. 84 ut tam *obstinato* ego *animo* confisus *tuo*. Lucil. XXX 109 neminis *ingenio* tantum confidere oportet. Claud. Quadr. ann. I P. 209, 8 *animo* magis quam *arte* confisus. — Etiam adiectivum *fretus* huc pertinet: Plaut. Amph. I 1, 57 magnanimi viri freti *virtute*. Enn. ann. 537 Plaut. Cas. II 5, 40 omnes mortales *dis* sunt freti, sed tamen vidi ego *dis* fretos saepe multos decipi. II 5, 38. Pseud. II 1, 7 sq. maiorum meum fretus *virtute* dicam *mea*que *industria* et *malitia fraudulenta*. Men. 767 *dote* fretae. Ter. Andr. 336 quoius *consilio* fretus sum. 619 *quo* fretus sim. Ph. 273 *màlitia* fretus *sua*. 966 *hoc* fretus. Eun. 1063 *vobis* fretus. Ht. 24 amicum *ingenio* fretum. Enn. ann. 29 *muro* fretus. 523 *viribus* fretus. trag. 112 *quove* nunc *auxilio* — freta sim. Pacuv. trag. 155 *quo praesidio* fretus, *auxiliis quibus?* Turpil. pall. 208 *nobilitate factione* fretus.

Locativus (abl. loc.) eadem fere vi usurpatur ac nostrae prae- §25.
positiones: '*an*' '*bei*'.[54]

Ter. Ph. 506 *auribus* teneo lupum. Plaut. Poen. I 2, 163 sine te prendam *auriculis*. Rud. III 4, 64 te continuo arripiam *barba*. Men. V

[52]) In his locutionibus statuendum esse abl. localem potius quam instrumentalem ex iis locis apparet, quibus praepositionem „*in*“ invenimus: Att. trag. 519 lavere — vestem *in leto* coniugio. Hor. carm. III 12, 7 Tiberinis umeros lavit *in undis*. Delbrueck p. 32. — [53]) Delbrueck, p. 33 sq. — [54]) Delbrueck p. 35.

2, 117 quis hic est qui me *capillo* hinc de curru deripit? Merc. IV 4, 58 me istanc capillo protracturum esse. Pseud. I 5, 13 sq. omnes pendeant gestores *linguis*, auditores *auribus*. Enn. trag. 414 *latere* pendens. Mil. I 1, 59 quae — *pallio* me reprehenderunt. Epid. I 1, 1. Trin. III 1, 23. Ter. Ph. 863. — Lucil. XVI 13 vix *uno filo* hosce haerere putares.

Ter. Andr. 114 quid *multis* moror. Enn. com. 8 qui *nostris foribus* tam proterviter . . . ann. 492 *moribus antiquis* res stat Romana *viris*que.

Huc pertinere verba (intr. refl. pass.) *gaudendi, laetandi*[55]) ex eo apparet, quod etiam cum praepositione 'in' coniunguntur: Ter. Ad. 49 in eo me oblecto. Cic. fam. VI 4, 4 in laude delector. Cic. Catil. II 2, 3 exsultare in re. *gaudere* Plaut. Poen. I 1, 69 faciam ut *facto* gaudeas. Ter. Ph. 494. Andr. 627 ut *malis* gaudeant. *laetari* Ter. Hc. 835 ut quisquam amator *nuptiis* laetetur. Enn. ann. 367 *cordibus viris* laetantes. *laetiscere* Corn. Sis. hist. IV P. 293, 18 utrumne divi *cultu* erga se mortalium laetiscant. *vitulari* (= gaudio laetari) Enn. trag. 75 vitulans *victoria*.

quiescere Ter. Andr. 691 *quibus* quidem quam facile potuerat quiesci, si hic quiesset!

3. locutiones adverbiales.

a) locativi, qui in adverbiorum usum transierunt.

§ 26. α) *heic, hic*[56]) Plaut. Merc. II 2, 36 ludificas nunc tu me *heic*. II 3, 135 quom heic asto. IV 4, 33. Bacch. II 2, 49 ego *hic* curabo. III 3, 68 ubi mulier habitat? — Hic. Stich. I 2, 10 iam egomet hic ero. Pseud. IV 2, 4. Pers. I 3, 9. Stich. III 2, 31 hic aput me cenant. Pers. IV 6, 28. Most. II 2, 70 hospes me hic necavit. Merc. II 2, 41. Rud. IV 4, 130 mater tua eccam hic intus. Ter. Hc. 430 etiam tu hic stas. Ad. 279 quamvis etiam maneo otiosus hic. 949. Andr. 389. Naev. pall. 81 hicine an in triclinio. Enn. trag. 301 si te — hic offendero. epigr. 5. Pacuv. trag. 28 nos hic esse. 118. Turpil. pall. 82. 170. Lusc. Lavin. pall. 2 quid ego hic praedicem. Pall. inc. 74². Att. trag. 283. 646. Pomp. atell. 147. 77. 111. 158. Lucil. V 20. XXIX 103. Lucr. II 575. (Alia exempla v. apud Holtzium I p. 69—72.)

illi, illic Plaut. Amph. pr. 133 quae *illi* ad legionem facta sunt. v. 249 ego fui illi. Most. I 4, 3. III 2, 105. Mil. IV 6, 64. Capt. II 2, 11 27. 28. 64. 73. 80. Merc. I 1, 96 dum in porta illi ambulo. Pseud. III 2, 100 illi ego habito. Ter. Hc. 217. 438 ne me frustra illi exspectet. 802 dum illi sedeo. Turpil. pall. 9 illi ubi sita est sapientia. Plaut. Bacch. II 3, 73 qui *illic* sacerdos est Dianae. Men. V 7, 8 quid illic homines ad me currunt. Most. III 1, 76 faenus illic faenus hic. Poen. pr. 78 is illic adolescens habitat. Rud. pr. 33. Ter. Eun. 130 mater mea illic mortuast. Ad. 525 prius nox oppressisset illic. 526. 716. Lucil. II 11. inc. fr. v. 120. Lucr. II 575. (Holtze I 72 sq. Hand Turs. III 203 sq.)

isti, istic Plaut. Rud. IV 4, 34 set *isti* inest cistellula. IV 4, 38. Mil. II 2, 100 si istist mulier. Most. III 2, 53 iam isti ero. V 2, 22 ego isti adsedero. Enn. trag. 404 ilico isti. Turp. pall. 105. Plaut. Aul. I 1, 17 *istic* astato. Merc. V 2, 71. Bacch. I 2, 6 quis istic habet? IV 4, 77 quod iubebo scribito istic. IV 6, 18. Pers. II 2, 67. Bacch. IV 9, 129 mane istic. Pseud. IV 7, 60. Stich. I 2, 36 non sedeo istic. Most. II 1, 25 quis istic dormit. Rud. II 7, 14. Ter. Hc. 114 istic sum. Andr. 420. Pomp. atell. 33 istic manete. (Holtze I 73. Hand Turs. III 461 sq.)

---

[55]) Delbrueck p. 39. De verbis transitivis (delectare aliquem aliqua re) v. § 57. — [56]) Corssen I 773. Buecheler p. 63.

β) locativi in-bi exeuntes.[57]) § 27.

ubi Plaut. Bacch. I 1, 33 in palaestram, ubi damnis desudascitur. I 1, 35 ubi ego capiam pro machaera turturem. Mil. II 1, 40 navem illam ubi vectus fui. Rud. II 3, 55 ubist? Ter. Ad. 260. Hc. 800 ubi totum desedi diem. Andr. 631 ubi tempust promissa iam perfici. Naev. pall. 83. Pacuv. trag. 134. Caec. Stat. pall. 32. Titin. tog. 11. Att. trag. 154. 243. 425. Trag. inc. 43. 119. Atta tog. 10. Afran. tog. 136. Nov. atell. 50. Lucil. XXVII 45. 46. Cat. Orig. IV 78 P 73, 11. or. II. (de sumptu suo) 1. 9. Lucr. I 171. 242. Qui de usu huius vocabuli diligentius quaerere vult, ei ad Holtzii libros (II 290 sqq. Synt. Lucr. p. 159) recurrendum est.

ubiubi Plaut. Epid. III 4, 56. Ter. Andr. 684. Eun. 295. 1042.

ubicumque (ubiquomque) Plaut. Asin. I 1, 97. Bacch. II 3, 18. Ter. Ht. 578. Hc. 608. Trag. inc. 92.

ubinam Plaut. Bacch. II 3, 12. Merc. II 3, 97. Rud. II 3, 60.

ubique Plaut. Bacch. V 1, 1. Merc. V 1, 11. Rud. II 3, 58.

ubivis Att. trag. 434.

utrubi Naev. pall. 81.

ibi Plaut. Amph. II 2, 100 ibi cenavi atque ibi quievi. V 1, 16 ibi me inclamat Alcumena. Asin. I 1, 104 nempe in foro? — Ibi. Curc. IV 1, 15 in medio propter canalem ibi ostentatores meri. V 2, 47 spectacla ibi ruont. Ter. Eun. 622 ibi illa cum illo sermonem ilico. Hc. 610 ibi ego te et tu me feres. Enn. ann. 296 summus ibi capitur meddix. trag. 197. Euhem. 5. Pacuv. trag. 99. Caec. Stat. pall. 32. Att. trag. 154. 585. Trag. inc. 13. Pompon. atell. 40. 134. Calp. Pis. Fr. ann. I P. 121, 13; III P. 132, 7. Claud. Quadr. ann. I P. 212, 4; II 219, 5; III 222, 2. 4. Cat. or. 65, 1; 58; 57, 2. Lucr. I 1072. 1091. (Holtze II 287; Synt. Lucr. 160. Hand. Turs. III 161 sqq.)

ibidem Plaut. Curc. IV 1, 12. Capt. pr. 26. Cist. II 1, 35. V, 7. Truc. IV 4, 32. Bacch. I 2, 26. Ter. Andr. 777. Cat. or. 18, 1. Lucr. III 1080. VI 792. 175. 125. 1234. (Hand. Turs. III 168 sqq.)

alibi Plaut. Trin. IV 3, 72 ubinam ego alibi censeam. Bacch. V 1, 16 si alibi plus perdiderim. Truc. IV 4, 13 alibi iam animum tuum. Ter. Andr. 420 neque istic neque alibi. Ht. 279 hic sciri potuit aut nusquam alibi. Hc. 294 habebam alibi animum amori deditum. Naev. pall. 77 alibi manus est occupata.

alicubi Ter. Ad. 453 utinam hic prope adsit alicubi atque haec audiat.

inibi Plaut. Pers. I 3, 45 inibi paullum praesidi. Pacuv. trag. 205. Caec. Stat. pall. 189. Afran. tog. 208.

interibi Plaut. Capt. V 1, 31 interibi ego ex hac statua verberea volo erogitare. Rud. IV 6, 20 interibi adorna ceterum quod opust. Poen. III 3, 3. Afran. tog. 138.

b) ablativi locales, qui in adverbiorum habentur numero. § 28.

oppido = 'auf dem Boden', 'auf dem Felde' = 'auf der Stelle'.[58]) Plaut. Bacch. IV 4, 30 reddidisti? — Reddidi. — Omnene? — Oppido. Aul. III 1, 5 totus doleo atque oppido perii. Asin. II 2, 21. Amph. I 1, 143 oppido interii. Ter. Ht. 704 iustam rem oppido inperas. 734 dic me hic oppido esse invitam. 669. Ph. 317. 763 animo iniquo hoc oppido ferre. 896. Hc. 238. Ad. 322. (Alia exempla apud Hand. Turs. IV 379 sqq.)

---

[57]) Quae terminatio ex suffixo ling. sanscr.-bhjam orta est; Delbrueck p. 2. Corssen I 169. 783. II 718; krit. Beitr. p. 203. 506. 553; krit. Nachtr. 205. 218. — [58]) Corssen II 870.

praesto = 'an der vordersten Stelle = 'bei der Hand', 'gegenwärtig'.[59]) Plaut. Trin. IV 1, 18 ni pax propitia foret praesto. Mil. IV 6, 1 eccum praesto militem. Epid. V 1, 46 domi praestost fidicina. Ter. Andr. 415 ipsum adeo praesto video. Eun. 1050 praesto adest. Ht. 172. Ph. 51. 267. 561. Att. trag. 252 praesens praesto. 302. 498. 525 Lemnia praèsto litora. Hostius ap. Serv. ad. Verg. Aen. XII 121. Lucil. XXX 121. Lucr. II 1068. IV 1061. V 1412. VI 1242. (Hand. Turs. IV p. 538.)

secreto[60]) Plaut. Amph. III 2, 73 quid solus secum secreto ille agat. Truc. II 7, 8 secreto — illum adiutabo. Afran. tog. 81 haec agere tecum secreto institi.

vulgo (volgo) = 'in der grossen Menge' = 'im Allgemeinen', 'vor aller Welt', 'allenthalben'. Enn. ann. 499 incedit veles vulgo sicilibus latis. Ter. Andr. 426 volgo quod dici solet. Ht. 421. 447 postilla coepit victum volgo quaerere. 957 volgo faciunt. Turp. pall. 8 ut vulgo solent. Afran. tog. 403 quod vulgo praedicant. Pomp. atell. 105 populis voluntas haec enim et vulgo datast.

B. tempus quo aliqua actio fit.

Huc pertinent:

§ 29. a) locativi.

Plaut. Most. 881 (R.) hoc *die crastini*[61]) quom erus resciverit. Cat. or. 19, 7 *die proximi*. Pomp. atell. 77 *die quarte* emoriar fame. Cat. Orig. IV 86 P. 78, 15 *die quinti* in Capitolio tibi cena cocta erit. Cael. Antip. bell. Pun. II P. 154, 8. Plaut. Men. V 9, 94 quo die? *die septimi*.[62]) Pers. II 3, 8 ibi mercatum dixit *die* esse *septimei*. Men. V 9, 95 auctio fiet Menaechmi *mane* sane *septimi*.

cotidie, cottidie[63]) Plaut. Stich. I 2, 64 sq. ut cotidie pridie caveat ne faciat quod pigeat. Rud. pr. 16 cotidie ille scit quis hic quaerat malum. Pseud. III 2, 55 eum odorem cenat Iuppiter cotidie. Men. I 1, 15 dum tu illi — praebeas — usque adfatim cottidie. Ter. Ht. 102 cotidie accusabam. 423 mihi quidem cotidie augescit magis de filio aegritudo. Hc. 157 ibatne ad Bacchidem? — Cotidie. Nel. carm. 2 foede stupreque castigor cotidie. Afran. tog. 3 bona hic comest cotidie.

pridie Plaut. Poen. III 1, 23 pridie nos te advocatos huc duxisse oportuit. Mil. IV 2, 91 hic pridie natus foret. Stich. I 2, 65.

postridie Plaut. Stich. I 2, 65 ne faciat quod pigeat postridie. Amph. I 1, 100 postridie in castra — veniunt. Merc. I 1, 103 postridie hospitem adeo. Bacch. II 3, 66 postridie auferimus aurum omne. Pers. I 3, 26 pernam quidem meliust adponi frigidam postridie. Ter. Andr. 144 venit Chremes postridie ad me. Ph. 112 postridie ad anum recta pergit. Cat. Orig. IV P. 79, 1 dictator iubet postridie magistrum equitum arcessi. V P. 86, 4 postridie signis conlatis. or. 53. Calp. Pis. Fr. ann. I P. 121, 14 quia postridie negotium haberet.

perendie[64]) Plaut. Merc. 378 cras agito, perendie agito. Aul. II 1, 34 perendie foras feratur. Stich. IV 1, 12 at aput me perendie.

Sequuntur complures voces, quas invenimus modo in -i, modo in -e exeuntes.[65]) E quibus eae, quae in -i cadunt, certo locativi sunt: de iis autem, quae exeunt in -e, quanquam facile dubitaveris

[59]) Corssen II 108. Kuhn, Ztschr. III 285. — [60]) *In secreto* Liv. 26, 19, 5. — [61]) Corssen I 775. II 855. — [62]) v. Brix ad h. l. — [63]) Corssen I 175. 775. II 855. Kuhn, Ztschr. XVI 304. — [64]) Corssen II 855. — [65]) v. Brix ad Plaut. Men. V 9, 94. Lorenz ad Plaut. Most. IV 1, 25. III 1, 3.

utrum ad locativum an ad abl. loc.[66]) sint referendae, tamen e Plautino illo '*mane septimi*' (Men. V 9, 95) has quoque videtur apparere ad verum locativum esse referendas.

heri, here Plaut. Amph. II 2, 99 te *heri* me vidisse. Pers. I 3, 66 heri narravi tibi. IV 4, 28 heri in portum noctu navis venit. Merc. I 1, 105 emi eam atque advexi heri. II 1, 33. II 4, 13 tute heri ipsus mihi narrasti. Pseud. I 2, 15 heri iam edixeram omnibus. 549 iam heri constitueram. Most. IV 2, 37 nisi hinc hodie emigravit aut heri. Ter. Andr. 768 quem — heri vidi ad vos adferri. Ht. 568 heri in vino quam inmodestus fuisti. Hc. 329 heri nemo noluit. 466 heri Philumenam — arcessi — iussit. Naev. pall. 21 quis heri apud te. Caec. Stat. pall. 197 heri — prospexisse eum se ex tegulis. Afran. tog. 71 quod heri valetudo obstetit. 163 Septembris heri Kalendae. Claud. Quadr. ann. IX P. 231, 4 heri recedens vesperi Nu̍mantinis incidit. Plaut. Mil. I 1, 59 quae *here* pallio me reprehenderunt. Pers. I 3, 28 here qua de re ego tecum mentionem feceram.

luci Plaut. Cas. IV 2, 7 ut veniamus luci. Men. V 7, 17 luci derupier in via. Amph. I 1, 14 nonne me mittere *hoc luci* potuit. Aul. IV 10, 8 *luci claro* deripiamus aurum. Afran. tog. 138 conscendo cumbam interibi luci piscatoriam.

mani, mane Plaut. Men. V 9, 95. Merc. II 1, 31 ad portum hinc abii mane cum luce simul. Pers. II 1, 34 mane quod tu acceperis negotium agere. Ter. Andr. 83 observabam mane illorum servolos. Ht. 67 nunquam tam mane egredior. Pomp. atell. 133 est profectus mane. Caec. Stat. pall. 258 . . . mane ut ex portu in Piraeum. Lucil. III 56.

tempori, temperi[67]) Ter. Hc. 531 quom et recte et *tempori* suo pepererit. Plaut. Capt. I 2, 80 set si venturu's, *temperi*. Men. II 3, 90. v. 464. Most. I 4, 2. Trin. IV 2, 66. Merc. V 4, 29 temperi edepol. Rud. IV 2, 16 qui sua volt temperi conficere officia. Pers. II 2, 47 temperi hanc vigilare oportet. V 1, 16 temperi. — Mihi istuc temperi serost. Cas. II 6, 60 temperi postquam oppugnatumst os. Pseud. I 3, 153 temperi ego faxo. IV 7, 86 ire licebit — tibi hodie temperi. Stich. V 2, 6 ut cenam coqueret temperi. Aul. III 3, 6 festinate. — Temperi. Men. III 2, 2 si tibi hanc — probe — concinnatam referam temperi. Titin. tog. 22 qui non reddet temperi putatam recte.

vesperi Plaut. Mil. II 5, 29 quae heri Athenis Ephesum adveni vesperi. Bacch. II 3, 62 revorsionem ad terram faciunt vesperi. Ter. Andr. 768. Ht. 67 neque tam vesperi domum revortor. Pall. inc. 2 Megaram vesperi advenit. Claud. Quadr. ann. IX P. 231, 4.

b) ablativi locales. § 30.

tempore Plaut. Epid. III 3, 25 ne istam *tempore* gnato tuo sumus praemercati. Men. V 7, 31. Rud. pr. 4 signum quod *tempore* exoritur *suo*. Ter. Ad. pr. 21 suo quisque tempore. Lucr. I 176. Ter. Andr. 67 *hoc tempore* obsequium amicos — parit. Lucil. XVI 2. Lucr. I 41. Calp. Pis. Fr. ann. III P. 131, 5 in eo tempore — apparebat, *quo tempore* aediles subrogantur. Lucr. I 102 *quovis tempore*. Lucil. XX 13 *eodem uno tempore*. Lucr. I 388 haud poterit tamen *uno tempore* totum compleri spatium III 454. III 868 neque hilum differre ante *ullo* fuerit iam *tempore* natus. V 70 quae *nullo* sint *tempore* natae. II 1099 omnibus inve locis esse *omni tempore* praesto. IV 812 sq. Plaut. Merc. I 1, 33 ea amator profert saepe *advorso tempore*. Lucr. I 41 hoc patriai *tempore iniquo*. I 183. II 263 patefactis *tempore puncto* carceribus. III 595 *su-*

[66]) Corssen I 777. Buecheler p. 62. Neue, Formenl. I 240. II 672. — [67]) Ablativum loc. 'tempore' infra (§ 30) recensebo.

premo languescere *tempore.* IV 444 *tempore nocturno.* IV 1008. V 940 quae nunc *hiberno tempore* cernis VI 489 *parvo tempore.* Corn. Sis. hist. III P. 280, 7 *isdem temporibus.* Lucr. I 1109 temporis ut *puncto* nil exstet reliquiarum. *tempestate* Plaut. Cas. pr. 18 *ea tempestate* flos poetarum fuit. Enn. Euhem. 42. Cat. or. 45 *hac tempestate.* Lex Sil de pond. publ. (Br. p. 32) quibus hac tempestate populus oetier solet. Trag. inc. 80 *qua tempestate* Helenam Paris innuptis iunxit nuptiis. Lucil. XXVII 7. XX 13 *tempestate sua.* *aetate* Plaut. Most. V 2, 27 sapere *istac aetate* oportet. Merc. V 4, 21. Caec. Stat. pall. 29 *ea aetate.* Att. trag. 85 an *mala aetate* mavis male mulcari. Ter. Ad. 110 *alieniore aetate* post faceret tamen. Plaut. Trin. I 2, 5 hic illest *senecta aetate* qui factust puer. Merc. 985 Cas. II 3, 23. Aul. II 2, 75. Lucr. V 886 aetate senecta. V 896.

anno Plaut. Merc. I 1, 66 nec nisi *quinto quoque anno* solitum visere. Ter. Ad. 938 novos maritus *anno* demum *quinto et sexagensumo* fiam. Cat. Orig. IV 84 P. 77, 15 *duetvicesimo anno* post dimissum bellum. Fab. Pict. ann. IV P. 110, 11. Calp. Pis. Fr. ann. VII P. 135, 4 Roma condita *anno DC.* Sempr. Asell. rer. gest. I P. 178, 9 *quoque anno* gestum sit. Claud. Quadr. ann. VI P. 225, 1 qui *priore anno* erat consul. Lex Acil. repet. 7 (C. I. 198) quae *eo anno* fuerint. *horno* (sc. anno) Plaut. Most. I 3, 3 velut horno messis magnast. Lucil. VII 2 si decesserit horno. XXVIII 23. Lucr. I 181 subito exorerentur *incerto spatio* atque *alienis partibus* anni. V 701 *alternis partibus* anni. Corn. Sis. hist. VI P. 294, 7 *una aestate* in Asia et Graecia gesta. Lucr. IV 58 cum teretis ponunt tunicas *aestate* cicadae. VI 357 *autumno*que magis — concutitur caeli domus. Lucil. XIX 2 *adversa hieme* quis uti possis.

mense Plaut. Amph. I 2, 19 alter *decumo* post *mense*[68]) nascetur puer quam seminatust, alter *mense septumo.* II 2, 38 adveni domum *decumo* post *mense.* Truc. II 6, 16. Caec. Stat. pall. 164 soletne mulier *decimo mense* parere? pol *nono* quoque, etiam *septimo* atque *octavo.* Pomp. atell. 56. Cat. or. 18, 4 *mense Octobri* fecimus. *kalendis* Plaut. Stich. I 2, 3 vos meministis *quotkalendis* petere demensum cibum. Pomp. atell. 85 si *calendis* — convivant, *idibus* cenant foris. Enn. ann. 167 *nonis Iunis* soli luna obstitit.

ludis Naev. pall. 100 qui aras *Compitalibus* — pinxit. Lucil. XXVI 78 ut Romam bitat *gladiatoribus.* Naev. pall. 113 libera lingua loquemur *ludis Liberalibus.* Plaut. Mil. III 1, 98 da quod dem *quinquatribus* praecantrici. Nov. atell. 95 quin fullonem compressi *quinquatrubus.* Lucil. III 63 *Romanis ludis* forus olim ornatu' lucernis. IV 15 Aeserninu' fuit, Flaccorum *munere,* quidam. fr. inc. 165. Val. Ant. ann. XLV P. 274, 12 *comitiis* diem a M. Marcio praetore peposcit (= poposcit). Leg. XII tab. III 6 *tertiis nundinis* partis secanto.

die Plaut. Pseud. I 3, 67 emito *die caeca* hercle olivom, id vendito *oculata die.* I 3, 45 quod tibi promissit *qua*que id promissit *die.* Lex Acil. rep. 66 (C. I. 198) ex ea die, *qua* tributus factus erit. Plaut. Pseud. I 3, 5 hodie — *suo die natali.* Aul. II 8, 10 *festo die* si quid prodegeris. Lucil. inc. fr. v. 15 sq. *festo* ac *profesto* toto itidem pariterque *die* populusque patresque iactare indu foro se omnes. Afran. tog. 262. Plaut. Men. 474 quoi homini unquam *uno die* boni dedistis plus. V 9, 44. Corn. Sis. hist. I P. 278, 16 *postero die* — profugerant. IV P. 290, 12. Lex Acil. rep. 46 (C. I. 198) *primo quoque die* deferatur. Plaut. Pseud. IV 7, 77 *quotumo die* —

[68]) Aliam vim habent vocabula: 'decumo mense post', aliam vocabula: 'decem mensibus post'; haec ad locativum (abl. loc.), illa ad instrumentalem (v. infra § 67.) spectant; haec significant '*im* 10. Monat nachher (ad interrogationem wann?)', illa: '*um* 10 Monate später (ad interr. 'um wie viel (später)?)'.

huc pervenisti? — *Altero* ad meridiem. Ter. Andr. 89 *alio die* quaerebam. Plaut. Men. V 1, 49 *eodem die* illum vidi, *quo* te ante hunc diem. Ter. Andr. 885. Plaut. Most. IV 3, 26 quidnam aut *quo die.* Merc. I 1, 38. Men. V 9, 94. Licin. Mac. ann. P. 309, 9. Titin. tog. 152. Lex Acil. rep. 63. 21 ex eo die *quo* quoiusque quisque n[omen] detolerit. Turpil. pall. 185 forte *eo die* — convenerant. Plaut. Amph. I 1, 98 quia *illo die* inpransus fui. *hodie* (= hoc die) Plaut. Amph. II 1, 13 atque ego hodie dabo. II 2, 108 te — aut mola salsa hodie aut ture conprecatam oportuit. Ter. Andr. 196 si sensero hodie quicquam — te — conari. Hc. 876 quantum hodie profueris mihi. Naev. trag. 14. 15. Enn. trag. 307. 409. Caec. Stat. pall. 157. 178. 243. Titin. tog. 30. 62. 67. 75. 76. 154. Turp. pall. 141. 152. Atta tog. 4. 8. Afran. tog. 163. 216. 331. Lucil. XXIX 28. (Alia exempla v. apud Holtzium I 105.) — Leg. XII tab. II 3 *tertiis diebus* ob portum obvagulatum ito. Ter. Andr. 104 in diebus paucis, *quibus* haec acta sunt. Lex Acil. rep. 12. 62. 68. Lex agrar. (C. I. 200) 53. 77. Lex Bant. (C. I. 197) 14. Lex agrar. 52 in *biduo* proxsumo, *quo* factus creatusve erit. — Enn. trag. 301 si te *secundo lumine* hic offendero. Ter. Ad. 848 *meridie ipso* faciam.

nocte Plaut. Curc. II 2, 10 *hac nocte* in somnis visus sum viderier. Merc. II 1, 3. II 3, 36. Men. V 2, 70. Ter. Ht. 491. Ad. 26. Plaut. Merc. I 1, 102 *ea nocte* mecum illa hospitis iussu fuit. Ter. Hc. 136 *nocte illa prima* virginem non attigit. 822. Titin. tog. 50 pueras hasce *nocte* suspirare. Att. trag. 32 *nocte caeca* caelum e conspectu abstulit. Corn. Sis. hist. IV P. 290, 9 legati *concubia nocte* oppido digressi. *noctu*[69]) Plaut. Amph. II 2, 99 qui *hac noctu* in portum advecti sumus. I 1, 116. Trin. IV 2, 27. Mil. II 4, 28. Enn. ann. 153. 169 qua Galli furtim *noctu* summa arcis adorti — *concubia.* Naev. pall. 4 *sublustri noctu* interfecit. Afran. tog. 105 *intempesta noctu.* Plaut. Rud. pr. 6 noctu sum in caelo clarus. Pseud. I 3, 58 pietatem ergo — amplexator noctu. IV 7, 84 noctu in vigiliam quando ibat miles. Pers. IV 4, 20. 28. Merc. I 1, 99. V 2, 21. Titin. tog. 13. Plaut. Asin. V 2, 23. Ter. Eun. 219. Enn. ann. 295 ob Romam legiones noctu ducere. Afran. tog. 47. Claud. Quadr. ann. III P. 222, 6. Lucr. III 383. Lucil. III 22 hinc *media* remis Palinurum pervenio *nox.* — Turpil. pall. 53 me curae — forasque *noctis* excitant *silentio.* Lucil. V 40 ire — per commissuras rimarum *nocti' nigrore.*

Lex agrar. 75 (C. I. 200) quei eorum [in] ameicitiam populi Romanei *bello Poenicio proxsumo* manserunt. — Lucr. III 929 maior enim turbae disiectus materiai consequitur *leto.* — Ter. Hec. 39 *primo actu* placeo. Trag. inc. 71 *nocturno aditu* occulta coluntur. Lucr. I 91 *aspectu*que *suo* lacrimas effundere. Claud. Quadr. ann. I P. 210, 5 umerum — *eodem congressu* incidit. Elog. 29, 5 sqq. (C. I. p. 288) *primo consulatu* Ligures subegit — *tertio et quarto* — Hannibalem — coercuit. 30, 5 (C. I. p. 289) *priore consulatu.* Att. praet. 17 quieti corpus *nocturno impetu* dedi. Ter. Andr. 230 quoi committas *primo partu* mulierem. Enn. Euhem. 19 *tertio partu* Ops parit geminos. Trag. inc. 82 Polydorum Hecuba *partu postremo* parit. Plaut. Cist. II 1, 50 nisi *pedatu tertio* omnis afflixero. Cat. Orig. I 28 (P 60, 6) *tertio pedatu* bellum nobis facere. or. 6, 2 (J.). inc. rel. P. 93, 21 *primo pedatu* et *secundo.*

initio Enn. Euhem. 1 initio primus imperium summum Caelus habuit. *principio* Plaut. Pseud. 188 principio, Hedulium, tecum ago. Pers.

[69]) Buecheler p. 62. — Ii errare mihi videntur, qui cum vocabulo 'noctu' etiam 'diu' conferendum esse iudicaverunt; ex Plautino quidem illo loco (Merc. V 2, 21 neque *noctu* neque *dius*) has voces ad unum eundemque casum spectare non apparet. Parum firma vero ea sunt argumenta, quae Ritschelius de forma *diud* affert (n. Pl. Exc. p. 85). De vocibus 'noctu' 'diu' cf. Corssen I 234 sq., II 458.

IV 4, 3 numquid principio cessavit verbum docte dicere. Merc. I 1, 40 principio ut aetas ex ephebis exiit. Ter. Andr. 327. 570. Eun. 805. 1069. 1078. Hc. 381. Att. trag. 419 principio extispicium ex prodigiis — te arguit. Lucil. XXVI 24. inc. fr. 139. Cat. or. 14, 1; 32, 1. Lucr. I 271. 834. II 937. 1048. III 119. IV 183. V 92. 235. 251. 783. VI 96.

primo Plaut. Amph. II 1, 50 credebam primo mihimet Sosiae. Pers. IV 3, 69 ut tibi recte conciliandi primo facerem copiam. Ter. Andr. 74 primo haec pudice vitam — agebat. Hc. 120. 713. Titin. tog. 4 frygio fui primo. Pomp. atell. 106. Lucil. XI 21. XXVIII 37. Cat. Orig. III P. 71, 13. or. 1, 22 (J.). Corn. Sis. hist. IV P. 285, 8. Cael. Ant. bell. Pun. P. 164, 1 *tertio, quarto* consul. Claud. Quadr. ann. XIX P. 234, 2 creatum *septimo* consulem. Plaut. Most. IV 1, 27 *postremo* minoris pendo. I 3, 41. Epid. IV 2, 21 postremo haec mea culpa non est. Merc. 558 (R.) postremo utut est, non ibo tamen. Trin. III 1, 12. 2, 36. Ter. Eun. 252 postremo imperavi egomet mihi omnia adsentari. Ht. 113. Ph. 421. Ad. 484. Att. trag. 70. 507 atque hanc postremo solis usuram cape. Caec. Stat. pall. 204. Lucr. I 208. 250. 322. 384. II 371. V 675. Plaut. Capt. IV 2, 90 *sero* post tempus venis. Men. V 6, 31 ne sero veniam. Aul. II 2, 71. Amph. II 2, 34. Ter. Ht. 344. Eq. Troi. 1 sero sapiunt Phryges. Turp. pall. 139. Pomp. atell. 65. Cat. Orig. IV P. 79, 2.

§ 31. Denique ad abl. loc. referenda sunt haec adverbia:

quando[70]) Plaut. Pers. II 5, 13 quando istaec innatast tibi. Poen. V 3, 16 quando hic hic adest. Truc. IV 3, 43. IV 2, 22 quando scis. Men. pr. 73 quando alia agetur. I 1, 2 quando edo. II 1, 45 argentum quando habebo. II 3, 68 quando vis. Ter. Andr. 805 quando ut volumus non licet. Eun. 447. Hc. 477. Ad. 348. 802. Naev. pall. 26 quando edit. Enn. ann. 416 nox quando mediis signis praecincta volabit. 344. Caec. Stat. pall. 176 quando optata non dannut. 177. Pac. trag. 38. 131. Titin. tog. 128. Pomp. atell. 48 quin ergo, quando convenit, complectite. 103. 160. Nov. atell. 5. 25. Lucil. V 9. XXVIII 31. Lucr. II 966. III 384. (Alia exempla v. apud Holtzium I 106 sq.; Synt. Lucr. p. 12.)

ecquando Claud. Quadr. ann. XIX P. 234, 4,

nequando Ter. Eun. 450.

quandoquidem Plaut. Merc. 171. 180. 619. V 2, 92. Men. V 7, 35. Truc. II 7, 7. Ter. Eun. 374. Trag. inc. 113. Turpil. pall. 129.

aliquando Plaut. Rud. IV 6, 1. Ter. Ht. 551. Hc. 683.

C) locativi (abl. loc.) absoluti.[71])

1. Abl. loc. nominis coniunctus est

§ 32. a) cum participio perf. pass.

Enn. ann. 219 tenebris *abiectis*. Att. trag. 548 abiecta gloria. Plaut. Rud. II 7, 23 numquam credam nisi si *accepto* pignore. Ter. Eun. 762 accepta iniuria. Enn. Euhem. 69 aetate pessum *acta*. Cael. Ant. bell. Pun. VII P. 161, 5 nihilo minore negotio acto. Lucr. V 883 tribus actis — annis. II 1133 augmine *adempto*. III 404 adempta anima circum membrisque remota. Corn. Sis. hist. III P. 280, 8 frumento *adeso*. Cael. Ant. bell. Pun. VII P. 161, 2 *amisso* exfundato pulcherrimo oppido. Lucr.

[70]) Corssen II 481. — [71]) Delbrueck p. 42 sq. Aliter contra Bombe (De abl. absol. apud ant. Rom. script. usu. Gryphisw. 1877.) et Keller (Synt. Studien zur gr.-lat. Casuslehre (Ztschr. f. d. Gymn.-Wesen. XXVI 1872 p. 424 sq.) de ablativo absoluto indicaverunt.

I 1078 amissa vi. Ter. Andr. 181 *amoto* metu. Corn. Sis. hist. III P. 280, 5 *apertis* lateribus. Lex. Acil. rep. 52 (C. I. 198) bracioque aperto. Plaut. Pseud. IV 3, 12 ne *capta* praeda capti praedones fuant. Bacch. 1070 urbe capta. IV 9, 47. Lucil. fr. inc. 179 quei thynno capto cobium excludunt foras. Caec. Stat. pall. 235 inlecebris *cognitis*. Claud. Quadr. inc. fr. P. 236, 20 pugna acriter *commissa*. ann. I P. 208, 6 proelio *commoto*. Lucr. VI 880 *concepto* igni. Plaut. Men. III 2, 4 pallam ad phrygionem fert *confecto* prandio vinoque expoto parasito excluso. Merc. I 1, 91 his sic confectis. Lucil. XX 14 horai dimidio et tribu' confectis. Cat. Orig. V P. 86, 4 signis *conlatis* pugnavimus. Sempr. Asell. rer. gest. IV P. 180, 6. Lucr. IV 1105 membris conlatis. Plaut. Pseud. IV 3, 16 *conligatis* vasis. Amph. I 1, 210 *conpositis* mendaciis. Corn. Sis. hist. I P. 278, 16 nocte *consumpta*. IV P 287, 24 iaculis celeriter consumptis. Pacuv. trag. 186 clamide *contorta*. Lucr. III 15 divina mente *coorta*. VI 253 tetra nocte coorta. 465 turba maiore coorta. 956 tempestate — coorta. Plaut. Pers. II 2, 61 fide *data* credamus. Stich. 81 *decurso* aetatis spatio. Ter. Ad. 860. Naev. pall. 8 quasi *dedita* opera quae ego volo ea tu non vis. Afran. tog. 373. Pomp. atell. 142. Plaut. Aul. I 2, 1 nunc *defaecato* demum animo — egredior domo. Afran. tog. 244 *deiecta* coma. Pacuv. trag. 200 *denudatis* ossibus. Plaut. Men. V 6, 31 ne sero veniam *depugnato* proelio. Elog. 25, 4 sq (C. I. p. 285) Etruscis *devictis* Aequis et Volscis subactis — triumphavit. Corn. Sis. hist. XIII P. 231, 6 contione *dimissa*. Lucr. IV 996 *discussis* — erroribus. Lucil. XXVI 16 *distento* corpore. Lucr. V 384 omnibus *epotis* umoribus. Plaut. Men. III 2, 5. Cist. I 3, 14 decumo post mense *exacto* — peperit filiam. Ter. Ad. 870. Titin. tog. 101. Lucr. VI 265 *exempto* — sole. Pac. trag. 347 *exorto* iubare, noctis decurso itinere. Trag. inc. 81 *expletis* iam fere ad pariendum mensibus. Lucr. VI 185 sq. densis — nubibus — *exstructis*. Plaut. Trin. III 2, 76 (R.) deseras — amicos *factis* nuptiis. Amph. I 1, 234 non loquar nisi pace facta. Ter. Eun. 53. Plaut. Amph. III 3, 13 re divina facta. Cat. de re rust. CXXXII 3 dape facta. Claud. Quadr. ann. I P. 208, 9 silentio facto. Corn. Sis. hist. III P. 283, 1 ad binum milium numero saucis utrimque factis. Enn. trag. 58 quo *fato* — somnio. Ter. Andr. 923 navi *fracta*. Plaut. Pseud. 1269 postquam opus — *fugatis* perpetravi — hostibus. Amph. 188. Pers. V 1, 1. Truc. I 1, 56. Trin. 592 re *gesta*. 1182. Stich. 402. 411. 507. Amph. II 2, 23. Enn. trag. 242 (V.). Ter. Ad. 775. Cael. Ant. bell. Pun. VII P. 161, 5. Claud. Quadr. ann. III P. 222, 15. Cat. de re milit. 2. Naev. pall. 12 cur re *inquaesita* colligor. Claud. Quadr. inc. fr. P. 236, 12 exercitu *instructo*. Naev. praet. 2 vita *insepulta* laetus in patriam redux. Leg. XII tab. III 1 (Br.) rebus iure *iudicatis* XXX dies iusti sunto. Enn. ann. 243 consilio indu foro *lato*. Val. Ant. ann. 75 P. 275, 5 funere *locato*. Enn. trag. 40 *misso* sangui tepido. ann. 355 erubuit ceu lacte et purpura *mixta*. Lucr. I 135 morte *obita*. IV 734. II 954 minus *oblato* acriter ictu. III 452 *obtusis* — viribus. Corn. Sis. hist. III P. 283, 7 quibus *occisis*. Lucr. V 1136 regibus occisis. Plaut. Amph. II 2, 12 laude *parta*. Lucr. II 263 *patefactis* — carceribus. Att. trag. 689 recte *perfectis* sacris. Lucr. I 96 sollemni more sacrorum perfecto. VI 49 *placato* — furore. IV 1267 pectoribus *positis*, sublatis — lumbis Corn. Sis. hist. III P. 282 13 Romanis *praecipitatis*. IV P. 289, 14 *praemissis* armis. Lex Num. sacr. 4 (Br.) classe *procincta*. Claud. Quadr. ann. I P. 209, 8 scuto *proiecto*. Corn. Sis. hist. II P. 279, 2. Plaut. Capt. I 1, 14 rebus *prolatis*. Caec. Stat. pall. 256 prolato pede usque ad scaphonem. Turp. pall. 93 *redempto* Faedria liceat redire. Plaut. Cist. I 1, 6 omnibus *relictis* rebus. Truc. II 1, 25. Ter. Andr. 412. Ht. 840. Eun. 166. Lucr. III 1071. Enn. trag. 416 *remissa* humana vita. Lucr. I 35 tereti cervice *reposta*. Cat. or. 73 *resignatis* vectigalibus. Lucr. III 576 sq. *resoluto* corporis omni tegmine et eiectis extra vitalibus auris. Plaut. Pseud. I 3, 62 postquam — a mente surgunt *saturata* cute. Lucr.

VI 193 *sepultis* undique ventis. Ter. Ad. 286 *transacta* re. Caec. Stat. pall. 10 duabus vigiliis transactis. Ter. Hc. 589 stultitia *victa*.

Participia perf. pass. *verb. intrans.* inveniuntur his locis: Lucil. II 29 sole *occaso*. Claud. Quadr. ann. I P. 205, 8. Cael. Antip. bell. Pun. IV P. 157, 2 custodibus *discessis*. Corn. Sis. inc. fr. P. 236, 21 multis utrimque *interitis*.

Accedunt duo loci quibus abl. loc. part. perf. pass. invenitur *omisso nomine:* Claud. Quadr. ann. I P 212, 1 *impetrato* prius — ut — permitterent (= postquam impetravit, ut . .). Ter. Hc. 737 aetate ea sum, ut non siet *peccato* mi ignosci aequom.

§ 33. b) cum part. praes. act.

Corn. Sis. hist. IV P. 291, 10 caelo *albente*. Claud. Quadr. ann. I P. 209, 6 utroque exercitu *adspectante*. Enn. trag. 76 oculis — *ardentibus*. Plaut. Amph. II 2, 115 *astante* hoc Sosia. Enn. trag. 120. Lucr. I 387 *celerantibus* auris. Pall. inc. 102 *comedente* asino. Att. trag. 532 *exspirante* vapore. Lucr. I 553 aevo *frangente* priore. Ter. Hc. 830 in digito modo me *habente* (sc. anulum). Trag. inc. 64 Danais *inclinantibus*. Ter. Ad. 507 non me *indicente* haec fiunt. Plaut. Trin. 167 me — *insciente*. Cat. de re rust. V 4. Plaut. Amph. III 4, 15 vobis *inspectantibus*. Cat. or. 9, 6. Ter. Andr. 603 *insperante* hoc. Plaut. Amph. II 2, 218 me *lubente* facies. Stich. III 2, 20. Curc. V 2, 65. Men. II 1, 47. Truc. II 4, 10. Lucr. III 586 foras *manante* anima. Enn. ann. 407 montibus obstipis *obstantibus*. Pac. trag. 411 *occidente* sole. Ter. Eun. 956 *orante*, ut ne id faceret, Thaide. Atta tog. 24 vespera *oriente*. Enn. ann. 509 *pereunte* viro. Lucr. I 311 multis solis *redeuntibus* annis. Enn. trag. 96 nobis *respectantibus*. Plaut. Mil. II 1, 66 sene *sciente* hoc feci. 559. Asin. V 2, 3. Claud. Quadr. ann. I P. 212, 9 *spectante* utroque exercitu. Lucr. I 175 vites autumno fundi *suadente* videmus. II 1 *turbantibus* aequora ventis. Ter. Ht. 913 se *vidente*. Plaut. Poen. I 3, 110 *vigilante* Venere. Enn. sat. 12 equis — *volantibus*. Plaut. Amph. I 1, 95 *vortentibus* Telebois.

Plaut. Bacch. II 3, 102 *populo praesente*. Pseud. I 1, 124 *pube praesenti* in contione. Asin. II 4, 49 tibi *ero praesente* reddam. Rud. I 2, 25. Most. V 2, 42 immo *me praesente* amato. Curc. V 3, 34. 36. Bacch. III 3, 79. Amph. II 2, 117. Poen. I 3, 156. Afran. tog. 310. Plaut. Curc. III 64 *te praesente*. Stich. 538. Ter. Eun. 1059. Plaut. Most. III 1, 37 *illo praesente*. Bacch. II 3, 67 *illis praesentibus*. Asin. III 3, 57 *praesente hoc*. Cas. 319. Ter. Hc. 674. 712. Ht. 1042 *hac praesente*. Plaut. Bacch. II 3, 29 *eo praesente*. Curc. V 3, 33 *quo praesente?* Bacch. II 3, 101 *qui praesente*.

Ablativus *sing.* 'praesente' cum abl. *plur.* nominis coniunctus[72]) invenitur his locis: Pomp. atell. 47 *praesente amicis* inter cenam. Nov. atell. 57 te volumus dono donare pulchro *praesente omnibus*. Pomp. atell. 168 *praesente testibus*. Att. trag. 428 *praesente his*.

Plaut. Asin. II 4, 93 *apsente ero*. Men. V 6, 3. Trin. 167 *me* apsente atque insciente. Mil. III 2, 52. Amph. II 2, 179. Stich. IV 1, 20. Men. III 2, 27 (627). IV 2, 64. Most. IV 3, 24. Epid. I 1, 59. Aul. I 2, 20. Cist. I 1, 110. Truc. II 4, 32. Ter. Ht. 231. Ph. 258. 577. Plaut. Amph. II 2, 196 *te — absente*. Most. V 2, 18. Ter. Eun. 1059. Ht. 280. Hc. 269 *se absente*. Plaut. Asin. III 2, 38 *sese apsente*. Stich. I 2, 74 *illis apsentibus*. Ter. Eun. 649 *absente* nobis. Afran. tog. 6.

---

[72]) Bombe l. c. p. 40—42.

2. Omisso participio ablativus (loc.) nominis (subst., pron.) coniunctus est § 34.

a) cum substantivo:

Plaut. Trin. pr. 13 rem paternam me *adiutrice* perdidit. V 2, 37 te *advocato* atque *arbitro*. Stich. IV 2, 22 sq. non me quidem faciet *auctore*. Ter. Eun. 1013 te auctore. Afran. tog. 129. Lucil. XI 15 lustrum illo *censore* malum -- fuisse. Calp. Pis. Fr. ann. VII P. 135, 5 Roma — septimum saeculum occipit his *consulibus*. Sempr. Asell. rer. gest. I P. 179, 2 quo consule. Claud. Quadr. ann. I P. 211, 6 L. Furio Claudio Appio consulibus. Lex agrar. 4 (C. I. 200) P. Muucio L. Calpurnio cos. ibid. 13. 15. 28. 33. Plaut. Pers. IV 4, 31 hoc *emptore*. Ter. Ht. 969 te ipso *herede*. Plaut. Pers. 597 me *inpulsore* aut *inlice*. Most. III 3, 13. Ter. Eun. 988. Ad. 560. Plaut. Curc. III 64 te praesente — teque *interprete*. Ter. Hc. 255 te *iudice* ipso. Cat. or. 63 C. Licinio *praetore* remiges scribti cives Romani. Aquil. pall. 4 me *puero*. Plaut. Most. III 3, 13 me *suasore* atque inpulsore. Plaut. Men. V 2, 106 senem osse *fini* dedolabo.

b) cum adiectivo:

Plaut. Pseud. I 3, 8 re *advorsa*. Lucr. VI 719 adverso — feruntur flumine. Att. trag. 71 territa membra animo *aegroto* cunctant subferre laborem. Claud. Quadr. ann. I P. 212, 1 ceteris — *ambiguis*. Plaut. Trin. II 4, 45 *bonis* tuis rebus meas res inrides malas. Lucr. II 714 *caecis* corporibus. Att. trag. 359 re *dubia*. 38 rebus dubiis. Trag. inc. 186 *florentissimo* regno. Enn. trag. 712 *incerta* re atque *inorata*. Turpil. pall. 48. Cat. or. 8, 1 (J.) decem hominibus vitam eripis *indicta* causa. Plaut. Most. III 1, 36 natus dis *inimicis* omnibus. Mil. II 3, 43. Pers. V 1, 2 *integro* exercitu et praesidiis. Capt. III 5, 81 te *invito*. Amph. II 2, 31. Rud. III 4, 7. 5, 4. 17. Aul. 737. 749. Ter. Andr. 603. 891. Ad. 158. 198. Lex agr. 84 (C. I. 200) invito eo, quei dabit. ibid. 88 inviteis eis. Ter. Ph. 71 deo *irato* meo. Cat. de re rust. 61, 2 agro *laeto* per ver. Caec. Stat. pall. 99 *obstipo* capitulo. Plaut. Truc. I 1, 56 re *placida* atque *otiosa*. Naev. pall. 70 deo meo *propitio*. Caec. Stat. pall. 146 *salva* urbe atque arce. Plaut. Trin. II 2, 95 tua re salva. Truc. II 7, 69. Ter. Eun. 258. Cat. Orig. V P. 82, 9 sq. rebus *secundis* atque *prolixis* atque *prosperis*. Enn. ann. 517 tonuit — tempestate *serena*. Cat. de re rust. 61, 2 agro *sicco* per sementim. Afran. tog. 77 *sollicito* corde. Cat. de re rust. 112, 1 mari *tranquillo*, cum ventus non erit. Plaut. Mil. II 3, 50 mirumst lolio victitare te tam *vili* tritico. Ter. Ph. 791. Plaut. Most. I 3, 73 me *vivo*. Stich. I 2, 75. Bacch. III 3, 15. Ter. Ht. 103. Ph. 303. Hc. 62. 99.

Caput II.

De eo locativi (abl. loc.) genere, quo terminus motionis significatur (Locativ des Zieles).[73])

1. Locativi nominum coniuncti § 35.

a) cum verbis intransitivis (eundi, adveniendi):

ire Plaut. Most. I 1, 24 quom *peregre*[74]) hinc it. *abire* Titin. tog. 133 abiit *peregre* publice. *advenire* Plaut. Pers. IV 8, 1 adveniens *domi*. Stich. V 3, 9 amicos meos curabo *hic* advenientes. *proficisci*

---

[73]) Delbrueck p. 45. 46. — [74]) v. supra § 1.

Plaut. Trin. I 2, 112 quoniam hinc profectust — *peregre.* Most. IV 2, 60. ***accumbere*** Plaut. Pers. V 2, 14 *hic* accumbe.

b) cum verbis transitivis (collocandi, sternendi):

locare Enn. trag. 170 *ubi* Liberi fanum inclutum Maro locavit. ***apponere*** Ter. Andr. 726 obsecro, *humine?* (sc. apponam). Plaut. Most. I 3, 150 appone *hic* mensulam. ***statuere*** Plaut. Pers. V 1, 7 statuite *hic* lectulos, ponite hic quae adsolent, hic statui volo primum aquolam. ***sternere*** Enn. trag. 370 strata *terrae.*

ablegare Plaut. Cas. pr. 62 hinc adulescentem *peregre* ablegabit pater. ***vendere*** Plaut. Pseud. I 1, 49 me *peregre* militi Macedonio — vendidit.

2. Ablativi locales nominum cum eisdem verbis (collocandi, sternendi) coniuncti.

locare Lucr. I 978 *fini*que locet se. I 1022 *ordine* se *suo* quaeque — locarunt. IV 71 quae sunt *prima fronte* locata. ***collocare*** Lucil. XXVI 97 causam illorum *superiore* conlocarit ne *loco.* ***ponere*** Enn. ann. 484 multa *foro* ponit. Titin. tog. 61 in curia posita potius quam *rure.* ***deponere*** Afran. tog. 130 habere puerum depositum *foris.* ***reponere*** Lucr. III 104 animi sensum non *certa parte* reponunt. III 346 *maternis* etiam *membris alvo*que reposta. ***sternere*** Att. trag. 557 novem hiemes *saxo* stratus pertuli. Trag. inc. 61 vidi te — *saxo* sternentem Hectora. ***prosternere*** Att. praet. 25 prostratum *terra.* ***figere*** Enn. trag. 413 *summis saxis* fixus *asperis.* ***devincire*** Lucil. VI 25 bulga haec devincta *lacertost.*

§ 36.

3. Abl. loc. pronominum qui in adverbiorum numero habentur:

alio Plaut. Asin. I 3, 43 illa alio ibit tamen. Aul. II 4, 8 ego istuc — alio vorsum dixeram. Ter. Eun. 280 fortasse tu profectus alio fueras. 450 nequando — tu alio conferas. Ht. 390. Afran. tog. 371. Lucil. XXIX 52 alio cum iter haberet. Cat. or. I 21. Lucr. IV 1072 alio — traducere. VI 986 penetrare alio.

aliorsum (= alio vorsum) Plaut. Truc. II 4, 49. Ter. Eun. 82.

aliquo Plaut. Merc. III 4, 71 rus abire te aliquo. Epid. II 2, 94 ut aliquo ex urbe amoveas. Men. I 2, 15 hodie ducam scortum atque ad cenam aliquo condicam foras. V 1, 3 immersit aliquo sese in ganeum. Rud. II 6, 51 si aliquo ad ludos me — locem. Cas. II 4, 18 istam iam aliquo vorsum tragulam decidero. Ter. Andr. 329 dum proficiscor aliquo. Eun. 667 illum aliquo conclusissem. Ht. 572 ut hinc concedas aliquo. 809. Hc. 413. Ad. 360. 744. Lucil. XXVIII 18 si hinc aliquo cesseris. XXX 65.

altro Plaut. Cas. III 2, 25 verum autem altro vorsum cum eam mecum rationem puto.

eo Plaut. Pseud. III 2, 69 eo tu spectato simul. Merc. IV 1, 80 eo iam accedit servitus. Ter. Eun. 690 eo rediges me. Ht. 740 eo traducendast. Ph. 158 neu me — eo inpulisset. 641. Enn. Euh. 31 postquam eo ascendit. ibid. 45. Titin. tog. 178. Naev. trag. 28. Att. trag. 128. Cat. Orig. III P. 71, 15. or. I 14 (J.). Claud. Quadr. ann. II P. 218, 21. Val. Ant. ann. 74 P. 275, 1. Calp. Pis. Fr. ann. III 132, 6. (De voce *adeo* v. Holtze I 221—225.)

eodem Plaut. Asin. I 2, 13 te redigam eodem unde orta's. Curc. IV 2, 20 eodem hercle vos pono. Pacuv. trag. 92. Lucil. III 43. XXVIII 12. Cat. Orig. I P. 58, 1.

hoc, huc[75]) Plaut. Bacch. 1151 si hos possumus intro inlicere *hoc.*

[75]) De vocibus 'hoc huc, illoc illuc, istoc istuc' v. Corssen II 107. Voces in *-u* exeuntes recentioris temporis sunt, eae autem, quae in *-o*

Pers. IV 4, 55 dum ea hoc accedat ad me. Amph. 165 nonne me mittere hoc luci potuit. Capt. III 1, 20 quis ait 'hoc'. Truc. II 2, 27. I 6, 50. Ter. Eun. 501 si Chremes hoc forte advenerit. Att. trag. 292 eaque ivi hoc causa. Afran. tog. 200 incedit hoc. — Plaut. Most. III 2, 150. *huc* ad me specta. Poen. III 3, 1 iam huc ego revortar. Pers. IV 4, 102 aderit huc. Cas. II 8, 47 vocabit huc eam ad se. Ter. Andr. 70 commigravit huc viciniae. ibid. 266. Eun. 120 abii huc. Hc. 175. 502. Enn. ann. 257. trag. 258. Caec. Stat. pall. 22 mercede huc conductus tua advenio. pall. 33. 227. Turpil. pall. 178. Att. trag. 123. 124. 289. 677. Afran. tog. 57. 109. 137. Lucil. III 43. XI 5. XXIX 52. XXX 85. Cat. ad Marc. fil. 1. Orig. VII P. 88, 5. Lucr. I 192. 215. 565. II 1077. V 64. VI 1204. (Alia exempla v. ap. Hand. Turs. III 103 sq.)

horsum (= hoc, huc vorsum) Plaut. Mil. II 3, 33. Rud. 175 (F.) Ter. Eun. 219. Hc. 450. (De voce *adhuc* v. Holtze I 326. II 295.).

illo, illoc, illuc Plaut. Curc. II 3, 61 dico me *illo* venisse. Trin. II 4, 94 quin tu illo tecum divitias feras. Amph. I 1, 42 quom illo advenero. I 1, 48. II 1, 56. Ter. Andr. 362. Plaut. Poen. V 2, 123. Merc. 462 vin' me tecum illo ire. III 3, 6. Pers. IV 4, 26 ego illo accessero. Naev. pall. 98 te illo ducam. Pomp. atell. 90 hinc illo profectus. — Plaut. Truc. III 1, 3 *illoc* veni. Mil. 657 (R.) *illuc* aetatis qui sit. Amph. I 3, 29 clam illuc redeundumst mihi. Men. IV 2, 54. Ter. Andr. 81 perduxere illuc. 266 huc vel illuc inpellitur. Enn. trag. 258. imus huc, illuc hinc; cum illuc ventum est. Lucil. XXVII 23 (v. Hand. Turs. III 216 sq.).

isto, istoc, istuc Plaut. Mil. II 5, 45 *isto* me intro ituram quo iubes. Most. III 2, 152 at tu *istoc* ad vos optuere. Bacch. II 2, 42 nam istoc fortasse aurost opus. Truc. IV 2, 6 nec quemquam istoc — intromittam. Ter. Ad. 169 istoc abisti. Plaut. Trin. II 4, 150 *istuc* detrudi maleficos. Ter. Ht. 110 istuc aetatis non amori operam dabam. Enn. trag. 304. Turpil. pall. 79. 207.

istorsum (= isto vorsum) Ter. Ht. 588. Ph. 741. Lucil. XXVII 9.

quo (interr. relat. indef.) Plaut. Capt. I 2, 91 quo ire dixeram. Merc. II 3, 97 quo vortisti. Bacch. I 2, 5 quo nunc capessis ted hinc advorsa via. Pers. II 2, 39 quo iter facias. Truc. I 2, 105 profecta quo sum. Trin. III 2, 2. Aul. I 2, 40. II 2, 26. Most. 334 (R.) Trin. 938 quo evasurust. 939. Ter. Ph. 608 quo inpellat patrem. Pacuv. trag. 134 quonam clam se eliminat. Titin. tog. 126. Turpil. pall. 50. Att. trag. 232. 311. Trag. inc. 12. Afran. tog. 344. Pomp. atell. 45. 126. 159. Lucil. XXIX 46. XXX 24. Enn. trag. 12. 64. 114. 312. 415. com. 7. ann. 543. Cat. Orig. II P. 62, 9. inc. fr. P. 94, 12. or. I 9 (J.) Cass. Hem. ann. I P. 98, 5. Cael. Ant. bell. Pun. I P. 148, 12. (v. Holtze I 225; Synt. Lucr. p. 30 sq.).

quorsum (= quo vorsum) Ter. Andr. 176. Eun. 155. 305. Hc. 193. Pacuv. trag. 152. 226. (De voce *quoad* v. Holtze I 226.)

quopiam Plaut. Most. IV 2, 50 ne forte ad merendam quopiam devorteris. Ter. Eun. 462 ituran, Thaïs, quopiam es.

quoquam Plaut. Pseud. III 2, 64 te ire quoquam. Asin. III 3, 45 ut hanc nequoquam mitteret. Most. III 1, 35. Mil. 185 (Lorenz). Ter. Andr. 760 cave quoquam — excessis. Ad. 170 cave — oculos — quoquam demoveas tuos.

quoquo Plaut. Aul. III 3, 1 quoquo ibo. Merc. 858 quoquo ea hinc abducta est gentium. Curc. V 3, 22 quoquo posset mitteret. Pseud. III 2, 69 quoquo hic spectabit. Ter. Ph. 551 quoquo hinc asportabitur terrarum.

quovis Plaut. Asin. II 1, 11 quovis admittunt aves. Most. IV 2, 7

cadunt, ad antiquiorem sermonem spectant; utraeque apud priscos scriptores inveniuntur.

cibo perduci poteris quovis. Ter. Ht. 928 abeat — quovis gentium. Att. trag. 599.

utroque Plaut. Stich. III 1, 43 per hortum utroque commeatus continet. Capt. II 3, 8 utroque vorsum rectumst ingenium meum.

§ 37. Accedunt haec adverbia:

citro Cat. Orig. V P. 84, 1 ea — tanta beneficia ultro citroque, tantam amicitiam relinquemus? Corn. Sis. hist. IV P. 289, 22. Lucr. IV 32.

dextro Plaut. Curc. I 1, 70 ti deos salutas dextrovorsum censeo. Rud. I 2, 87. II 3, 38.

dextrorsum Att. praet. 27.

intro Plaut. Bacch. IV 4, 72 intro inspice. V 2, 58 ut me intro abducas. V 2, 59. 62. 66. Rud. II 5, 26. II 7, 12 intro rumpam. Pseud. I 5, 158 concedere — hinc mi intro lubet. II 2, 59. Epid. V 1, 43 dum intro eo. Cist. IV 2, 15 postquam intro abii. Mil. III 3, 54. 56. IV 4, 9. Stich. I 2, 90. V 2, 22 sequere ergo hac me intro. Bacch. IV 8, 66. Men. III 3, 26. IV 2, 99. Trin. pr. 10. Mil. IV 4, 32. Ter. Andr. 28 vos istaec intro auferte. 171 eamus nunciam intro. 424. 590. Eun. 442 Phaedriam intro mittamus. He. 345. 551. Enn. trag. 109 ubi intro ducta est. ann. 603. Caec. Stat. pall. 178. Att. trag. 187. Pomp. atell. 170. Lucil. IX 59. XXIX 48. Lutat. Cat. vers. ap. Cic. de nat. deor. I 28, 79 (P. 192, 19). Lex Acil. repet. 72 (C. I. 198).

retro Ter. Ht. 902 est mihi ultimis conclave in aedibus quoddam retro. Enn. Sot. 5 ille ictu' retro reccidit. Lucil. XXX 3. Lucr. I 766. 785. 944. II 130. III 108. IV 19. 323. 328. 334. V 269.

ultro Plaut. Amph. I 1, 164 ultro istunc (= procul absit iste) qui exossat homines. Capt. III 4, 19. Cas. II 8, 23 ultro te amator apage te a me. Aliis locis usurpatur haec vox translata significatione eodem fere sensu ac nostrum: a) 'überdies, obendrein': Plaut. Pers. II 5, 26 mulier ut sit libera atque ipse ultro det argentum. Amph. II 1, 40. Aul. III 5, 55. Rud. II 5, 27 Ter. Eun. 860 etiam ultro derisum advenit. 69. Ad. 595. b) 'von selbst': Plaut. Mil. IV 6, 29 sine ultro veniat. Most. I 3, 129. Pseud. IV 7, 17. Stich. II 1, 25. Truc. IV 3, 77. Ter. Andr. 100. Eun. 47. 812. 813. — Naev. pall. 39. Caec. Stat. pall. 110. Titin. tog. 70/72. Turp. pall. 100. 203. Att. trag. 11. 380. 594. Afran. tog. 63. Pomp. atell. 149. Lucil. XXVI 38. 88. Cat. Orig. V P. 84, 1. Corn. Sis. hist. IV P. 289, 22. Lucr. IV 32.

Caput III.

De locativo (abl. loc.) cum praepositionibus coniuncto.

§ 38. Nulla exstat in lingua latina praepositio, quae coniungatur cum vero locativo. Cum abl. loc. coniunguntur praepositiones *in* et *sub*.[76])

in. Antiquiores formae huius vocis: *endo*[77]) Leg. XII tab. (Schoell p. 172.) Lucr. VI 890 endo mari. *indo* Enn. ann. 73 indo tuetur ibi lupus femina. *indu* Enn. ann. 243 indu foro. 425 indu mari magno. Lucil. XXX 7 indu locis. Lucr. II 1096 indu manu. — Plaut. Men. II 2, 33 non tu *in* illisce aedibus habitas. Most. 409 (R.) quoi nulla in pectorest audacia. Ter. Andr. 944 quom ego possim in hac re medicari mihi. (Alia exempla invenies ap. Holtzium I 76 sqq.)

ilico (= in loco) Plaut. Amph. I 1, 61. Mil. IV 2, 39. Most. III 2, 5. Ter. Ad. 156. Ph. 195. Enn. trag. 404. Pacuv. trag.

[76]) Delbrueck p. 46. 49. — [77]) Corssen II 271. Neue, Formenl. II 773.

235. Caec. Stat. pall. 117. 118. Titin. tog. 43. Turpil. pall. 105. 123. Att. trag. 373. Afran. tog. 5. 273. 371. Pomp. atell. 116. Cass. Hem. ann. I P. 98, 6. 7. Cat. or. 17, 3 (J) (v. Hand. Turs. III 207 sq.).

inprimis (= in primis) Ter. Eun. 429.

sub Plaut. Men. V 5, 40 caesum virgis sub furca. Pseud. I 1, 13 sub Veneris regno vapulo. Pers. 855. Ter. Ad. 949 agelli est hic sub urbe paulum. (v. Holtze I 85.)[78])

Fortasse etiam praep. ***coram*** huc referenda est: Lex Acil. rep. 40 (C. I. 198) coram eo.

Liber III.

De Instrumentali.

(De abl. sociativo et instrumentali.)

Principalis huius casus vis[79]) est ea, ut significet et *rem quacum res aliqua est coniuncta* ('das Verbundensein') — instrumentalis sociativus ut ita dicam sive comitativus — et *instrumentum quo quis utitur* — instrumentalis proprius.

Eius casus cum in sermone Graeco reliquiae sint formae in -φι(ν) exeuntes, in lingua Latina ne vestigium quidem exstat — nisi forte voces '*qui quin ceteroqui alioqui*' cum Kellero[80]) ad hunc casum sunt referendae —; sed muneris quo ille quasi functus erat partes susceptae sunt ab ablativo.

Agendum autem est primum de instrumentali sociativo = abl.

[78]) Delbrueckius (p. 48) etiam praepositionem '*inter*' antiquissimis quibusdam temporibus cum locativo (abl. loc.) esse coniunctam e vocibus '*interim*' et '*interea*' apparere docet. Sed ex his quidem vocabulis hoc mihi non videtur apparere. Immo nulla impedimus re quominus etiam in his vocibus (sicut in similibus 'interutrasque, intervias') hanc praepositionem cum accusativo esse coniunctam censeamus atque in vocabulo '*interim*' [non verum locativum, sed] accusativum sing. fem. et in voce '*interea*' [non abl. loc. fem., sed] acc. plur. neutr. producta littera *a* [sicut etiam in 'praetereā, proptereā'] cum Corssenio statuamus. (Corssen I 758. 769. II 455. 458; Krit. Beitr. 508.)

Ad locativum etiam adverbia in- *im* (hinc, illim, istim, olim, utrimque) pertinere censuerunt Corssenius Delbrueckius alii. Quae cum ad interrogationem '*unde?*' respondeant indicentque motionis initium, ab hoc casu prorsus abhorrent; itaque ex mea quidem sententia huc non sunt referenda. Ea autem, quae in *-tim, -sim* exeunt, non esse locativos sed accusativos ipse Corssenius docet. (Corssen I 103. 169. Krit. Beitr. 279. Krit. Nachtr. 217. 219. 159. Kuhn Ztschr. V 120 sq. XVI 376. rh. Mus. 26 p. 385. 396. 397.) — [79]) Schleicher, Compend. der vergl. Gramm. § 258. p. 577. Delbrueck p. 50. — [80]) Ztschr. f. d. Gymn.-W. XXVI (1872) p. 433.

sociat. (Cap. I.), deinde de instrumentali proprio = abl. instr. (Cap. II.), denique de instrumentali coniuncto cum praepositionibus (Cap. III.).

Caput I.

De instrumentali sociativo.

(abl. sociat.)

§ 39. Usurpatur hoc instrumentalis genus: **A. de comitibus quibus aliquis utitur.**[81]) Coniungitur abl. soc. imprimis cum

a) verbis *eundi* (etiam translata significatione) Ter. Eun. 1025 *qua spe* aut *quo consilio* huc *imus*. Plaut. Pseud. 150 *adire* blandis verbis. Amph. pr. 78 *virtute ambire* oportet non *favitoribus*. I 1, 64 postquam utrimque *exitumst maxuma copia*. Rud. V 2, 48 *praei* verbis. Ter. Hc. 347 *istoc verbo* animus mihi *redit*. Liv. Andr. pall. 3 *ornamento incedunt* gnobiles ignobiles. Enn. ann. 499 incedit veles vulgo *sicilibus latis*. Lucr. I 74 omne immensum *peragravit mente animoque*. Enn. ann. 155 *ansatis concurrunt* undique *telis*. Att. trag. 321 Mavortes *armis* duo *congressos* crederes. — Accedunt hi loci:

Enn. ann. 558 *manu magna* Romanos impulit. Cat. Orig. V P. 86, 4 signis conlatis aequo fronte *peditatu equitibus* atque *alis* cum hostium legionibus pugnavimus. Att. trag. 55 Orestem — sacerdos *ferro prompto* adstituerat. Enn. ann. 602 aderant *ratibus repentibus* aequore in alto. Plaut. Most I 3, 39 te ille deseret *aetate* et *satietate* (= zugleich mit aet., sobald sich aetas u. satietas einstellt.). Afran. tog. 375 . . . tumultuose et *cunctis copiis*.

b) verb. *iungendi*:

Leg. XII tab. VI 7 tignum *iunctum aedibus vineave* e concapi ne solvito. Lex Iul. Munic. (C. I. 206) plostra — *bubus iumentisve* iuncta. Lucr. I 449 sq. *his coniuncta duabus rebus*. II 743 *nullo* coniuncta *colore*. 1004 *aliis* aliud coniungitur. IV 493. V 563. 853. 1012. Lex Iul. Munic. (C. I. 206) semitam *eo aedificio* perpetuo *continentem*.

B. 1. de rebus quae actionem quasi comitantur.[82]) Significantur hoc casu:

§ 40. a) *corporis vel singularum corporis partium condicio sive status.*

Corn. Sis. hist. IV P. 291, 9 innoxios *trementibus artubus* — extrahit. Lucr. I 65 *horribili* super *aspectu* mortalibus instans. P. Corn. Scip. Aemil. Afr. M. ap. Gell. VII 12 qui *barba vulsa* — ambulet. Corn. Sis. hist. III P. 284, 11 cum — *barba immissa* — circumiret. Claud. Quadr. ann. I P. 215, 11 *capillo passo* in viam provolarunt. Corn. Sis. hist. III P. 284, 11 *intonso capillo*. Plaut. Amph. V 1, 42 invocat deos — *capite operto*. Afran. tog. 106 intempesta nocte sub Iove *aperto capite*. Cat. or. 43 (J) quid si vadimonium *capite obvoluto* stitisses. Caec. Stat. pall. 271 *quassante capite* tristes incedunt. Lucil. XXX 110 ut scorpio *cauda sublata*. Enn. ann. 352 *comis sparsis*. ibid. 352 *aegro corde*. trag. 311

[81]) Delbrueck p. 51. — [82]) Delbrueck p. 52.

utinam ne — Colchis *cupido corde* pedem extulisses. Lex Num. 2 Iunoni *crinibus demissis* agnum — caedito. P. Corn. Scip. Afr. M. ap. Gell. VII 12 qui — *feminibus*que *subvulsis* ambulet. Pacuv. trag. 382 *striato fronte*. Cat. Orig. V P. 86, 4 signis conlatis *aequo fronte* — pugnavimus. ibid. V 86, 6 *recto fronte*. or. 1, 25 (J). Ter. Eun. 336 *labiis demissis*. Plaut. Amph. V 1, 42 invocat deos — *manibus puris*. Dec. Laber. mim. 116 cum vigebam *membris praeviridantibus*. Pomp. atell. 100 ita *opertis oculis* — manducatur. Caec. Stat. pall. 103 *cruento* ita *ore* grundibat. Trag. inc. 183 *ore beato*. Plaut. Bacch. I 2, 2 quas tu res *hoc ornatu* geras. Cas. V 4, 7. Ter. Hec. 9 ad vos venio *ornatu* prologi. Atta tog. 3 *nostro ornatu*. Enn. ann. 352 *passis* latu' *palmis*. ibid. 506 fert sese — *celso pectore*. Caec. Stat. pall. 256 Venerio cursu veni, *prolato pede*. Pacuv. trag. 382 *voce suppressa*. Att. praet. 10 *voce canora*. Lucil. XXX 84 *deducta* tunc *voce* leo 'cur tu ipsa venire non vis'. Afran. tog. 340. Pacuv. trag. 382 *turgido vultu*. Turpil. pall. 121 *vultu recordi* vagas. ibid. 167 stare tristis *turbido vultu*. Corn. Sis. hist. III P. 284, 11 cum — *lugubri vestitu* — circumiret. Caec. Stat. pall. 76 in me incedit — sat *hilara schema*.

b) *animi mentisque natura.* § 41.

Caec. Stat. pall. 161 quae mihi — savium dat *ieiuna anima*. Plaut. Truc. II 1, 24 *aequo animo*, ipse si nihil habeat, aliis qui habent det locum. Aul. IV 10, 9. Poen. pr. 22. Mil. IV 8, 33. Ter. Ph. 30. 1020. Ht. 35. Hc. 28. 685. Ad. 503. 738. Andr. 397. 921. Lucil. XXVII 10. Lucr. I 42. Att. trag. 645 *animo audaci* in medium proripit sese. ibid. 636 Tereus — *animo barbaro* conspexit eam. Plaut. Poen. pr. 5 *bono*que ut *animo* sedeant in subselliis. Att. trag. 357 qui rem publicam *animo certo* adiuverit. Ter. Ph. 964 hi *gladiatorio animo* ad me adfectant viam. ibid. 763 *animo iniquo* hoc — ferre. Eun. 212. Hc. 568 tam *animo irato* tulit. Andr. 262 qui me tam *leni* passus *animost*. Ht. 122 *animo* fere *perturbato* atque *incerto*. Eun. 769 fac *animo* haec *praesenti* dicas. Claud. Quadr. ann. I P. 213, 3 Latini *subnixo animo* — consilium ineunt. Pacuv. trag. 154 hiat sollicita — *suspenso animo* civitas. Lucil. XXX 64 quid — haec *animo trepidante* dicta profundo. Ter. Hc. 201 *uno animo* omnes socrus — oderunt nurus. Enn. ann. 504 qui — vincla *suis magnis animis* abrupit. Corn. Sis. hist. XXIII P. 295, 11 dictaturam *omnibus animis* et *studiis* suffragaverunt. Enn. ann. 395 *ingenio forti* dextrum latus pertudit asta. Ter. Hc. 302 *suo* me *ingenio* pertulit. Enn. trag. 307 ille *traversa mente* mi hodie tradidit repagula.

Plaut. Most. V 1, 21 *astu* mihi captandumst cum illo. Poen. pr. 111. V 4, 53. Pers. I 3, 68. Epid. IV 1, 19. Trin. IV 2, 121. Ter. Andr. 208 quae si non astu providentur. Eun. 924. Enn. ann. 102 astu non vi sum (= eum) summam servare decet rem. Pacuv. trag. 186. 377. 378. Att. trag. 414. Ter. Andr. 613 *qua audacia* id facere audeam. Eun. 958. Lucil. fr. inc. 20 *blanditia* certare. Lex Num. 12 (Br.) si qui hominem liberum *dolo* sciens morti duit. Lex Silia de pond. publ. (Br.) siquis — dolumve adduit, *quo* ea fiant. Lex de aquaeduct. 1 (Br.) ne quisquam oletato *dolo malo*. Lex Corn. de sic. et venef. I (Br.). Ter. Eun. 515. Cat. or. 10, 1 (J). Plaut. Pseud. IV 2, 4 ingredere in viam dolo. Men. II 1, 3. Trin. I 2, 53. Att. trag. 535 eum — clepsisse dolo. Ter. Ad. 375. Andr. 558 confictae *dolis*. Claud. Quadr. ann. III 221, 4 *dolis* pugnare. Dec. Lab. mim. 87 tollat *bona fide* vos Orcus. Ter. Ht. 761. Att. trag. 133 qui me — *effrenata impudentia* — dictis mertare institit. Enn. trag. 104 bellum gerentes summum *summa industria*. Lucr. II 502 pavonum *ridenti* imitata *lepore*.

§ 42. c) actio, quae actionem aliquam quasi comitatur.

Plaut. Pseud. I 5, 143 *clamore magno et multo* flagitabere. Men. pr. 48. Merc. 59 *summo* haec *clamore.* Ter. Ht. 40. ibid. 1040 quod *labore* invenerit. ibid. 841. Phorm. 46 *quanto labore* partum. Eun. 399. Enn. fr. inc. 7 tibicina *maximo labore* mugit. Plaut. Men. V 9, 73 quem ego *multis* et *miseris laboribus* quaesivi. Lucr. II 12 niti *praestante labore* ad summas emergere opes. I 276 saevitque *minaci murmure* ventus. Enn. trag. 254 *nullo — negotio* id agit. ann. 260 mox auferre domos populi *rumore secundo.* ibid. 535. Trag. inc. 89. Suei carm. V 1. Enn. sat. 10 mundus caeli vastus constitit *silentio.* Corn. Sis. hist. III P. 281, 18 postquam *sonu* signorum proelium — commissum est. Enn. trag. 305 ut ego illis supplicarem *tanta blandiloquentia.* Afran. tog. 394 *quanta* hic *vociferatione* fertur.

Accedunt hi abl. sociat. (maximam partem subst. verbalium):

Enn. trag. 251 favent faucibus russis *cantu.* Ter. Ht. 621 ne ista — *magno* iam *conatu* magnas nugas dixerit. Att. trag. 573 echo *crepitu clangente* cachinnat. Plaut. Amph. II 2, 161 at *cruciatu* iam — *tuo.* Att. praet. 28 orbem flammeum — solis liquier *cursu novo.* Enn. ann. 470 *ingenti* vadit *cursu.* Caec. Stat. pall. 256 *Venerio cursu* veni. Enn. epigr. 3 nemo — funera *fletu* faxit. Att. praet. 10 *fremitu* peragrant minitabiliter. Plaut. Pseud. III 1, 20 illut aiunt *magno gemitu* fieri. Att. trag. 183 *tardo* procedens *gradu.* 239 agite *modico gradu.* Licin. Mac. ann. P. 309, 10 *celeri gradu* — se in Capitolium contendit. Pacuv. trag. 273 *trepidante gradu* nititur. Lucil. fr. inc. 118 fervens cum marculu' ferrum multorum *magnis* incumbentum *ictibu'* tundit. Lucr. II 330 tramittunt *valido* quatientes *impete* campos. VI 153 *impete magno.* IV 416 *impete tanto.* Att. trag. 569 ubi — *latratu* unda — sonit. Claud. Quadr. ann. I P. 209, 6 *metu* magno ea congressio — facta est. Pacuv. trag. 256 pedetemptim ac *sedato nisu.* Enn. trag. 251 *plausu*que premunt alas. Titin. tog. 172[1] labea semper facito *rictu* rideat. Enn. ann. 446 riserunt omnes *risu* Iovis omnipotentis. Corn. Sis. hist. III 282, 6 ali *saltu* ac *velocitate* certare. Plaut. Amph. V 1, 43 contonat *sonitu maxumo.* Naev. trag. 13 *suo sonitu claro* fulgorivit Iuppiter. Enn. ann. 281 *summo sonitu* quatit ungula terram. 452 tuba *terribili sonitu* taratantara dixit. Trag. inc. 237 agilis sonipes rapitur *celeri sonitu.* Lucr. I 288 dat *sonitu magno* stragem. Att. trag. 392 tanta moles labitur — *ingenti sonitu* et *spiritu.* Lucil. XIII 6 *sumptibu'* magnis exstructam mensam. Plaut. Pers. I 1, 32 *basilico* accipiere *victu.* Pseud. IV 1, 37 *lepido victu vino unguentis — pulpamentis* (sc. te accipiam.).

§ 43. d) aliae res, quae cum actione quasi coniunctae sunt.

Ter. Ht. 366 haec *arte* tractabat virum. Enn. ann. 494 *Augusto augurio* postquam inclita condita Roma est. Att. trag. 583 quianam tam *adverso augurio* — lumen ostentas. Lex Num. sacr. 4 (Br.) cui *suo auspicio* — opima spolia capiuntur. Plaut. Amph. I 1, 41. II 2, 25. Pseud. II 4, 72 ducam legiones meas *ave sinistra,* auspicio liquido. Epid. II 2, 2. Trag. inc. 89 *adversaque avi.* Ter. Ph. 261 nunc *sua culpa* ut sciat. 766 *nostrapte culpa.* 787. Hc. 232. 476. Ad. 629. Plaut. Aul. II 5, 4 hercle *iniuria* dispertivisti. Truc. I 2, 66 *vostra* hercle factum *iniuria.* Ter. Andr. 60. Eun. 433. Ht. 581. Lex Aquil. de damn. 1 (Br.). ibid. 3. Plaut. Amph. III 2, 25 cum ea tu sermonem nec *ioco* nec serio — habeas. Pall. inc. 27. Ter. Eun. 179 quam *ioco* rem voluisti a me. Plaut. Amph. III 3, 9 an illut *ioculo* dixisti. Most. III 3, 20. Merc. V 4, 33. Rud. III 4, 24 illis adferre vim *ioculo* pauxillulam. Enn. sat. 1 *malo* hercle *magno suo* convivat. Att. trag. 583 quianam — *inimico omine* — lumen ostentas. Plaut. Most. II 1, 1 Iuppiter *summis opibus* atque *industriis* me perisse — cupit. Pacuv. trag. 106. Lucil. XXVI 19. Enn. trag. 187 *ope mea.* Att. trag. 124. Ter. Ph. 842. Lucr. I 1114 parva perdoctus *opella.* Plaut. Capt. II 3, 90 *eadem opera* a praetore sumam syngraphum. Most. IV 3, 45. Merc. IV 4, 62 *eadem* licebit mox cenare rectius. Pseud. I 3, 99. I 1, 102 *mea bona opera* hercle aut *mala.* v. 219. Merc. II 1, 12. Ter. Andr. 370 liberatus sum — *tua opera.* 689. Ph. 685. Hc. 228 non *mea opera* neque pol culpa evenit. 818. Ad. 261. Att. trag. 337 cum — *mea opera* exstinctum sciat. Plaut. Merc. I 2, 2 *opera tua.* Bacch. III 2, 3. Pseud. I 2, 86 rependam ego cuncta — *una opera.* I 3, 85. Men. III 3, 2. V 2, 43. 45. Ter. Hc. 798. *una* (sc. *opera*) Plaut. Asin. IV 1, 26 tecum una postea aeque pocla potitet. Bacch. I 2, 34. III 1, 13. 3, 92 me quoque una cum illoc hic relinqueres (v. Holtze I 99). Ter. Andr. 63 cum quibus erat quomque una. 81. 107. 924. Eun. 211. 373. 702. Ht. 191. 294. 684. Ph. 809. Hc. 207. 322. 326. Ad. 16. 494. 495. 496. Naev. pall. 87. Enn. Euhem. 1. Pacuv. trag. 365[2]. Att. trag. 369 370. Trag. inc. 159. Pomp. atell. 167. Lucil. VII 22. IX 69. XXVIII 3 XXIX 79. XXX 106. Corn. Sis. hist. III P. 284, 12. Lucr. II 680. 889. III 168. 445. 682. 759. 800. 901. V 717. 1083. — Plaut. Cas. pr. 21 vos omnes *opere magno* oratos volo. II 7, 7. Pers. II 2, 59 mihi quoque edictumst *magnopere.* Truc. V 45. Att. trag. 508 Nov. atell. 77. Lucil. XIX 9. XXVI 21. Lucr. I 637. VI 1230. Cat. Orig. V P. 83, 1 quo *maiore opere* dico. Plaut. Most. II 1, 73 sq. erus te iussit *maxumo opere* orare. v. 752 (R). Pseud. III 2, 107. Mil. 75. Stich. I 3, 93. Ter. Eun. 532. Ht. 626. Ph. 760. Turp. pall. 178. Cat. or. 36, 1. Plaut. Bacch. II 2, 1 mirumst me — te *opere tanto* quaesere. Cist. IV 2, 47. Most. II 2, 92. Afran. tog. 389. Ter. Ht. 786. Ph. 909. Hc. 283. 530. Ad. 592. 945. Lucr. III 186. V 30. IV 1186 *summo opere.* Licin. Mac. ann. I P. 303, 2 non *minimo opere* milites quietes volebant esse. Plaut. Merc. V 4, 3 *optuma opportunitate* ambo advenistis. Ter. Eun. 466 *pace* quod fiat *tua.* Tit. Mumm. C. I. 542, 4 *tua pace* rogans te. Lutat. Cat. ap. Cic. de nat. deor. I 28, 79 (P. 192, 13) *pace* mihi liceat — dicere *vestra.* Plaut. Men. I 3, 16 *nimio* ego hanc *periculo* surrupui hodie. I 3, 18 haud aeque *magno* unquam abstulit *periculo.* Ter. Andr. 480 nunc huius *periclo* fit. Lucil. XXIX 58 adde alios omnes *meo periclo.* Trag. inc. 188 desertum ab omnibus *summo periclo* sola ut restituam. Ter. Andr. 843 *meo praesidio* atque hospitis. Plaut. Men. I 2, 25 avorti praedam ab hostibus nostrum *salute* socium. Rud. IV 2, 5 quom me expedivit — praeda onustum *salute* horiae. Merc. IV 5, 9 *tua* quidem *salute* ac *familiari maxuma.* Amph. III 3, 9 an illut ioculo dixisti? — Equidem *serio* ac vero ratus. III 2, 25 nec ioco nec serio. Ter. Ht. 541. Plaut. Amph. III 2, 40. Men. V 7, 42 quom tu liberas me serio. Pseud. I 3, 106 dic mihi — verum serio. Ter. Eun. 393 id vero serio triumphat. 528. 1025 *qua spe* aut quo consilio huc imus? Ht. 280 *quo studio* vitam suam — exegerit. Claud. Quadr. ann. I P. 208, 7 utrisque *summo studio* pugnantibus. XIX P. 234, 12. Lucr. I 52 dona — *studio* disposta *fideli.* I 273 *rapido* percurrens *turbine* campos. VI 153 si — flamma vagetur turbine ventorum comburens impete magno. Ter. Ph. 378 abs te hoc *bona venia* peto. Plaut. Pers. III 1, 52 ut *vi* surpta fueris. Enn. ann. 109 vi depugnare. 272 vi geritur res. trag. 124 Priamo vi vitam evitarei. 420. Ter. Eun. 68. 752. 796. Hc. 268. 574. 828. Ad. 67. Pacuv. trag. 215. 390. Att. trag. 369. 393. Lucil. XXVI 53. Cat. inc. fr. P. 93, 21 oppidum vi captum. Lucr. VI 541. IV 1114. Lex agrar. 18 (Br.). Enn. ann. 160 *magna* contorsit equos *vi.* 237. Lucr. V 252 *multa* pulsata pedum *vi.* Plaut. Merc. 45 *vi summa* — rapiebat domum. Enn. ann. 168. 404. trag. 200. Ter. Ad. 493. Cat. Orig. V P. 83. 14. Enn. ann. 277 *solida vi.* Lucil. XXIX 5 detrusu' *tota vi* deiectu'que Italia. Lucr. I 129 *qua vi* quaeque gerantur. II 964

vi quadam. VI 320 quae *tanta vi* missa supernest. Enn. trag. 151 iuvenum coetus *aeterna vice* inibat.

2. de natura atque indole qua quis est.[83])

§44. a) Abl. sociat. omisso verbo ita cum substantivo est coniunctus, ut in unam quasi notionem cum eo coalescat.

Significantur hoc casu:

sexus, aetas, nomen.

Pacuv. trag. 68 triplicem *virili sexu* partum procreat. Afran. tog. 240. Pacuv. trag. 253 *aetate integra* — virum. Ter. Andr. 72. Eun. 473. Att. trag. 521 inclute, — *nomine celebri.* Suei moret. 5 cum rege potenti, *nomine Alexandro Magno.* Calp. Pis. Fr. ann. II P. 127, 2 quia *Tarquinio nomine* esset. Enn. ann. 184 *nomine* Burrus. Lucr. VI 2 *praeclaro nomine* Athenae. Ter. Ph. 392 *istoc nomine.*

corporis habitus, color.

Plaut. Pseud. II 4, 34 *qua facie?* Ter. Eun. 230 *facie honesta.* 473. Hc. 441 *cadaverosa facie.* Pacuv. trag. 253 *facie procera* virum. Lucr. V 838 *mira facie.* Lucil. XXIX 7 adulescentulis *meliore* paulo *facie.* I 359 rebus — *maiore figura.* II 779 quiddam quadratum *unaque figura.* IV 648 ex seminibus constant *variante figura.* Plaut. Merc. I 1, 13 *forma eximia* mulierem. I 2, 97. II 1, 36. 3, 78. Pers. IV 3, 52 *forma expetunda* liberalem mulierem. Men. pr. 19 *forma simili* pueri. Ter. Andr. 72 *egregia forma.* 428 virginem *forma bona.* 119. Eun. 366 *summa forma.* Pacuv. trag. 230 mulier *egregiissima forma.* Lucr. IV 1279 *deteriore* fit ut *forma* muliercula ametur. Plaut. Pers. IV 6, 17 persimilem tui *eadem statura.* Pacuv. trag. 3 quadrupes — *aspectu truci.* Att. praet. 20 pecus lanigerum *eximia pulcritudine.* Claud. Quadr. ann. I P. 211, 10 dux — Gallorum *vasta et ardua proceritate.* Lucr. V 1170 sq. facies — *mirando* corporis *auctu.* Ter. Eun. 689 senex, *colore mustelino.* Enn. trag. 95 te — *lacerato corpore.* Lucr. I 488 quicquam in rebus *solido* reperiri *corpore* posse. V 33 *immani corpore* serpens. 1302 boves lucas *turrito corpore.*

singulae corporis partes.

Lucil. V 33 longus *gemina* mixtarius *aure.* Lucr. I 260 nova proles *artubus infirmis.* Plaut. Bacch. V 1, 15 *cano capite* atque *alba barba* miserum me. Pacuv. trag. 3 quadrupes — *brevi capite, cervice anguina.* Enn. trag. 445 *capitibus nutantibus* ibi pinos. Lucil. VI 34 tauri — *validis cervicibus.* Enn. trag. 183 Erebo creata *fuscis crinibus* Nox. Caec. Stat. pall. 268 *atratis dentibus.* Trag. inc. 132. Enn. trag. 250 galli — *faucibus russis.* Caec. Stat. pall. 79 hi sunt inimici pessumi *fronte hilaro.* Nov. atell. 60 volgus ventricosus *genibus magnis.* Plaut. Merc. III 4, 58 ille *oblongis malis.* Lucr. IV 1053 puer *membris muliebribus.* Ter. Ht. 1062 illam virginem — *adunco naso.* Caec. Stat. pall. 268 *grammonsis* (= gramiosis) *oculis* ipsa. Lucil. VI 13 *uno oculo.* Naev. inc. pall. 123 merula — *sanderacino ore.* Enn. ann. 304 sq. Cornelius *suaviloquenti ore* Cetegus. Lucil. XI 27 hice stricosu' bovinatorque *ore* improbu' *duro.* Ter. Ht. 1062 *sparso ore.* Lucil. XXX 105 plauta unast, *pedibus cariosis.* Nov. atell. 60 volgus — *talis turgidis.* Lucil. XVI 12 sq. aries — *quantis testibus.* Plaut. Pseud. III 2, 63 an tu invenire postulas quemquam coquom nisi *miluinis* aut *aquilinis ungulis.*

Plaut. Merc. III 3, 13 *anima foetida.* Ter. Andr. 119 sq. adulescentulam — *voltu* adeo *modesto,* adeo *venusto.* Att. trag. 86 quaenam haec mulier est — *tonsu lugubri.* Pacuv. trag. 37 *praegrandi gradu.*

[83]) Delbrueck p. 53.

vestitus, ornatus.

Lucil. VII 33 *aureolo cinctu* rorariu' veles. Enn. ann. 486 dum quidem unus homo Romanus *toga* superescit. Att. trag. 86 haec mulier — *funesta veste.* Claud. Quadr. ann. I P. 211. 10 dux Gallorum — *armis*que auro *fulgentibus*

ingenium, natura, vires.

Att. trag. 158 *pervico* Aiax *animo* atque *advorsabili·* Caec. Stat. pall. 79 hi sunt inimici pessumi — *corde tristi.* Afran. tog. 77 *sollicito corde* corpus non potitur — quie. Plaut. Merc. I 3, 49 mulierem lepidam et *pudico ingenio.* Pacuv trag. 37 *feroci ingenio.* ibid. 253. Ter. Ad. 297 *tali ingenio* atque *animo.* Andr. 395 uxorem *his moribus.* Afran. tog. 121 idem *natura tristiori* paululo.

Ter. Ad. 442 civium — *antiqua virtute ac fide.* Corn. Sis. hist. III P. 279, 16 mulierem *missa fide* ac *pietate* exstitisse. Pall. inc. fr. 95 odi puerulos *praecoqui sapientia.* Pacuv. trag. 348 odi ego homines *ignava opera* et *philosopha sententia.* —

Enn. ann. 377 placidum mare *marmore flavo.* trag. 6 unde oritur imber *sonitu saevo* et *spiritu.* Lucil. XXX 41 culcitulae accedunt privae *centonibu' binis.* Corn. Sis. hist. IV P. 285, 11 quod oppidum — *parvis moenibus.* Cat. de re milit. 10 una depugnatio — *fronte largo, quadrato exercitu.* Lucr. I 118 detulit — *perenni fronde* coronam. I 164 genus omne ferarum *incerto partu.* II 1032 solis *praeclara luce* nitorem. II 1054 seminaque *innumero numero summa*que profunda. III 779. V 819 *magnis viribus* auras.

b) abl. sociat. coniunctus est cum praedicato enuntiationis. §45.

genus, aetas, nomen.

Lucr. IV 855 *quo genere* — sensus et membra videmus (sc. esse). V 59. Plaut. Bacch. IV 10, 4 fui ego *illa aetate.* Merc. III 1, 22 *una aetate* qua sit. V 4, 11. Ter. Hc. 737 *aetate ea* sum. 747. Caec. Stat. pall. 153 quis vostrarum fuit *integra aetatula.* Lex Rubr. C. I. 205 nisi iei — *ieis nominibus* fuerint. Plaut. Men. V 9, 63 *uno nomine* ambo eratis. Capt. III 4, 58 neque — ullus — *istoc nomine*st.

corporis habitus, color.

Plaut. Pseud. 1217 *qua facie* fuit. Poen. III 2, 15. Trin. 903 (F.) Pers. IV 3, 77 sat edepol *concinna*st *facie.* Ter. Ph. 100 *facie egregia.* Plaut. Amph. I 1, 160 *alia forma* oportet esse. Merc. III 4, 53 *qua forma* esse aiebant. Pers. I 3, 50 quia *forma lepida* et *liberali*st. Ter. Andr. 122 quia erat *forma* — *honesta* ac *liberali.* Eun. 132. Afran. tog. 14 est *fallaci aspectu.* Turpil. pall. 13 quam sit *gracili corpore.* Lucil. IV 38 quodsin ulla potest mulier tam *corpore duro* esse. Lucr. I 232 *mortali corpore* quae sunt. 242 ubi nulla forent *aeterno corpore.* 246 *incolumi* remanent res *corpore.* 297 *aperto corpore* qui sunt. III 177 *quali* sit *corpore.* V 241 quorum partis et membra videmus *corpore nativo* ac *mortalibus* esse *figuris.* VI 102 neque tam *condenso corpore* nubes esse queunt. 361. 936 quam *raro corpore* sunt res. 1035. II 764 ea quae *nigro* fuerint — *colore, marmoreo* fieri possint *candore.* V 941 *puniceo* fieri — *colore.* II 787 quominus esse *uno* possit res tota *nitore.* II 134 quae *parvo* sunt corpora *conciliatu.* IV 771 *alio*que est altera nata inde *statu.* V 540 ut sua cuique homini *nullo* sunt *pondere* membra. VI 958 quandoquidem nil est nisi *raro* corpori' *nexu.*

singulae corporis partes.

Plaut. Most. V 2, 27 qui sunt *capite* candido. Merc. II 2, 34 *capite cano.* Lucil. III 8 *dente adverso eminulo* hic est. Plaut. Merc. III 4,

55 *subnigris oculis, oblongis malis* (sc. esse aiebant). Pseud. 1218 sq. rufus quidam, ventriosus, *crassis suris*, subniger *magno capite, acutis oculis, ore rubicundo*, admodum *magnis pedibus* (sc. fuit). Plaut. Merc. 595 tametsi *podagrosis pedibus* esset. Epid. V 1, 21 *pedibus pulmoneis*[84]) qui perhibetur. Ter. Ad. 585 lectulos — *ilignis pedibus* faciundos. Afran. tog. 60 quam *materno* visast *pectore*. Lucil. VIII 1 quod gracilast, quod *pectore puro*. Ter. Eun. 314 *demissis umeris* esse *vincto pectore*.

Plaut. Epid. I 1, 11 ut tu es *gradibus grandibus*. Most. III 1, 49 scio te *bona* esse *voce*. III 2, 124 *voltu* ut tristist senex. Ter. Andr. 839 *vero voltu*. Lucil. IX 73 quod deformi' senex — est, quod — exilis, *ramice magno*.

ingenium, natura, vires.

Plaut. Pseud. I 3, 3 *liquido's animo*. I 3, 88 *animo bono's*. Merc. III 1, 33. Ter. Eun. 84. Ht. 822. Ph. 965. Ad. 284. 511. 543. Pomp. atell. 70. Lucil. XXIX 48. Plaut. Merc. V 2, 49 ut *a.* sis *tranquillo*. Most. II 1, 49 ut *a.* sis *quieto*. Ter. Andr. 879 *inpotenti* esse *a.* 842 *a.* — *otioso* esse. Hc. 389 *a.* esse *amico*. 472 quam *fideli a.* et *benigno* — et *clementi* fui. 548 ut *eo* essem *a.* 747 *hoc a.* erit. 502 sin *aliost a.* 270 sum *leni a.* natus. Ht. 438. 912. Ph. 957 *a. virili praesenti*que ut sis. Ht. 665 ne — *a.* ita esses *duro*. 962 *a.* esse *omisso*. Ad. 338 *alieno a.* — esse. 852 qui *isto a.* sies. Pacuv. trag. 260 nimis paene *a.* es *molli*. Lucr. IV 1190 si *bello animost*. Enn. trag. 174 *lapideo* sunt *corde* multi. Afran. tog. 15 quis tam *sagaci corde* atque *ingenio unico*. Plaut. Aul. pr. 9 ita *avido i.* fuit. Merc. V 4, 8 si sunt *i. malo*. Pseud. I 2, 5 *eo* enim *i.* hi sunt. Enn. trag. 7. Plaut. Pseud. I 2, 16 estis — *i. inprobo*. v. 1132 *alio* sunt illi *ingenio* atque tu. Most. III 2, 127 te esse *humano i.* Ter. Eun. 880 non adeo *inhumano i.* sum. Andr. 487 ipsest *i. bono*. Ht. 151 *i.* te esse — *leni*. 420 *i. egregio* — natus sum. Ph. 497 *i.* esse *duro* te atque *inexorabili*. Hc. 164 *liberali* esse *i.* 489 fuisse erga me *miro i.* Enn. trag. 45 nemo est tam *firmo i.* Plaut. Poen. V 4, 12 *ingeniis quibus* sumus. Trin. 283 novi — hoc saeculum, *moribus quibus* siet. Most. III 2, 19 ut *moribus* sient (= quibus moribus s.). Turpil. pall. 28 homo *unica* est *natura* ac *singularia*.

Plaut. Aul. II 3, 36 quid *fide?* — Bona. — Quid *factis?* — Neque *malis* neque *inprobis*. Ter. Ad. 161 fuit *fide* — *optuma*. Lucr. IV 480. *maiore f.* III 897 *factis florentibus* esse. Caec. Stat. pall. 30 itane Antipho invenitur *profluvia fide*. — itanest *madida memoria*. Enn. trag. 45 nemo est — tanta *confidentia*. Att. trag. 19 *quali* siet *fidelitate*. ibid. 685 neque *vi tanta* quisquam est. Plaut. Most. 819 (R.) *quanta firmitate* facti et *quanta crassitudine*. Merc. III 4, 49 unde esset, *qua prosapia*. Men. 485 (R.) *minore* nusquam — fui *dispendio*. Lex Papir. de sacr. (Br.) *eodem*que *iure* sunto. Ter. Hc. 312 sunt — *levi sententia*. Ad. 41 *dissimili* is *studiost*. 855 *subducta ratione* — fuit. Eun. 260 me esse *tanto honore*. Lucr. IV 1171 esto iam *quantovis* oris *honore*. V 1277 fit *nullo* denique *h.* V 1280 *miro* est — *h.* — Ter. Andr. 11 non ita sunt *dissimili argumento*, sed tamen *dissimili oratione* sunt factae ac *stilo*. Ph. 5 *tenui* esse *oratione* et *scriptura levi*. Lucil. XXIX 88 non *magna mercede* est. Lucr. I 548 sunt igitur *solida* primordia *simplicitate*. II 157. 909 debent aut sensum partis habere aut *simili* (sc. *sensu*) — esse putari. 1086 non esse unica, sed *numero* magis *innumerali*. IV 426 porticus *aequali* quamvis est — *ductu*. VI 100 *denso* sunt *agmine* nubes.

[84]) De hoc loco v. Brix JJbb. 101, p. 767.

C. de spatio (1. loci; 2. temporis), per quod aliqua actio continuatur.

1. *de loco* usurpatus hic casus significat *viam qua quis* §46.
incedit.[85])

Plaut. Bacch. I 2, 5 quo nunc capessis ted hinc *advorsa via*. Trag. inc. 73 advenio — *v. alta atque ardua*. Plaut. Stich. 484 adiero *apertiore* magis *v.* Afran. tog. 135 *consimili* grassantur *v.* Ter. Ht. 101 vi et *v. pervolgata* patrum. Plaut. Curc. I 1, 35 nemo ire quemquam *puplica* prohibet *v.* Pseud. IV 4, 13 ite *hac*, triumphe, ad cantharum *recta v.* Ter. Ht. 706. Ph. 310. Andr. 600. Nov. atell. 72. Ter. Eun. 245 *tota* erras *v.* Plaut. Pseud. 1234 dum *hac* domum redeam *v.* Ter. Andr. 670. Hc. 73. 569 *qua v.* Ph. 566. Ht. 850 *ea v.* 329 *eadem hac* — *v.* Nov. atell. 73. Ter. Ht. 789 *alia v.* Andr. 442. Lucil. XXVI 60 se *omnibus* distento corpore exspirat *viis*. Plaut. Epid. II 2, 24 quia ego ire vidi milites *plenis viis*. Lucr. IV 609 simulacra *viis derectis* omnia tendunt. Plaut. Merc. I 2, 4 *plenis semitis* qui advorsum eunt. Afran. tog. 119 non licet *qua* contendis *semita* pervenire. Plaut. Men. V 3, 5 *qua platea* hinc aufugerim. Ter. Ad. 574 praeterito *hac recta platea*. ibid. 582. Plaut. Pers. III 3, 39 abi istac *travorsis angiportis* ad forum. Lucil. X 8 *trinis* deducere *scalis*. XV 16 succusor nullu' sequetur *maiorei spatio*. Lucr. IV 1272 eicit enim sulcum *recta regione via*que. VI 27 *tramite parvo* — qua possemus — contendere. — Cat. de re mil. 9 pedites *quattuor agminibus*, equites *duobus antibus* ducas.

Plaut. Amph. I 1, 88 equites iubet *dextera* invadere. Corn. Sis. hist. IV P. 286, 10 armati *dextera* ducti — discedunt. Lucr. IV 276 fores ipsae *dextra laeva*que secuntur. Plaut. Pseud. IV 2, 11 ad me adit *recta*. v. 1137. Merc. V 2, 92. Ter. Ph. 112. 859. Hc. 372. Ad. 433. Afran. tog. 107 108. Plaut. Most. V 1, 6 *ea*que eduxi omnem legionem. Stich. III 1, 43 *ea* opsonatum ibo, *eadem* referam opsonium. Capt. II 3, 99. Bacch. I 1, 15. Trin. prol. 1 sequere *hac* me. Most. III 2, 170. Pers. III 1, 71. IV 9, 14. 15. Men. IV 1, 4. Pers. II 5, 20. III 1, 4. Merc. I 2, 109. Ter. Andr. 978. Eun. 816. Ht. 512. 743. 832. Ad. 280. 609. Enn. ann. 263. Lucr. I 1113. VI 697. 994. Plaut. Cist. IV 2, 9 utrum *hac* an *illac* iter institerit. Ter. Eun. 105. Ht. 512. Plaut. Most. V 1, 4 abii *illa* ad angiportum. III 3, 27. Merc. V 4, 49. Pers. IV 5, 7. Asin. III 3, 152. Pall. inc. 74 ². Plaut. Most. 1064 intra limen *ista* state. Pers. III 3, 39 abi *istac*. Merc. I 2, 106. Epid. V 1, 53. Trin. II 2, 102. Ter. Ht. 588. Enn. trag. 304. Plaut. Men. II 1, 12 oras Italicas omnis, *qua* adgreditur mare. Pseud. I 5, 9. Most. IV 2, 53. Pers. IV 1, 10. Ter. Ph. 192. Hc. 360. Ad. 577. Enn. ann. 470. 599. sat. 14. Pacuv. trag. 356. praet. 5. Att. trag. 630. Trag. inc. 105. Pomp. atell. 114. Cat. inc. fr. P. 94, 3. Claud. Quadr. ann. I P. 205, 10. Corn. Sis. hist. IV P. 289, 16. 18. Lex XII tab. VII 7 *qua* volet, iumenta agito. Lucr. I 267. 356. 421. II 375. IV 602. 700. 977. V 272. 1447. VI 1052. 1122. III 498. 736. Ter. Ph. 585 ne uxor *aliqua* hoc resciscat mea. 746. Ad. 283. Plaut. Mil. II 1, 14 *quaqua* incedit. Epid. V 2 9. Most. III 2, 122 *qualibet* perambula aedis. Aul. IV 4, 20. Naev. trag. 22 *quaque* incedunt. Enn. sat. 14. Plaut. Most. III 2, 79 quom usque *quaque* umbrast. Bacch. IV 4, 83. Trag. inc. 78. Cat. or. I 20, 21 (J.). Enn. ann. 299 *haudquaquam* quemquam semper fortuna secuta est. Lucr. III 923. IV 523. V 533 *hautquaquam*. 884. Lic. Mac. ann. II P. 308, 21 *nequaquam*. Lucr. I 507 sq. *quacumque* vacat spatium. 1076. 1111. VI 517 ubi vementer *utraque* nubila — premuntur. IV 86. 291.

[85]) Delbrueck p. 53.

§ 47. 2. *de temporis spatio, per quod aliqua actio continuatur.*[86])

Lucil. fr. inc. 89 magna penus *parvo spatio* consumpta peribit. Cael. Ant. bell. Pun. II P. 155, 1 tam continuas victorias tam *brevi spatio* datas. Elog. 29, 20 (C. I. 288) princeps in senatum *duobus lustris* lectus est. Plaut. Bacch. v. 6 qui *viginti annis* errans a patria abfuit. Lucil. XV 27 dum miles — meret *ter sex, aetate* quasi, *anneis.* Plaut. Most. II 2, 74 *anno* vix possum eloqui. Curc. III 81 ita non potuere *uno anno* circumirier. Ter. Eun. 331 illum liquet mihi deierare *his mensibus sex septem* — non vidisse *proxumis.* Plaut. Pers. IV 3, 35. Ter. Ad. 520 ut *triduo hoc perpetuo* — nequeat surgere. Plaut. Most. I 3, 81 neque edes quicquam neque bibes — *his decem diebus.* Pers. II 3, 12 *die uno* absolvam. Lucil. II 28 quae *horis* sublata *duabus* omnia sunt. XXX 38 quem *una* angina sustulit *hora.*

§ 48. **D. Cum abl. sociativo coniunguntur verba, quibus consociatio quaedam significatur:**

1. *verba mutandi, communicandi miscendi*[87]).

mutare Plaut. Capt. pr. 28 siquem reperire possit, *qui*[88]) mutet suum. I 1, 33. I 2, 68 *hoc* illum me mutare confido fore. Lucil. XXVI 17 *uno hoc* non muto omnia. *communicare* Plaut. Mil. I 1, 51 communicabo semper te *mensa mea.* *componere* Lucil. VIII 3 labra *labellis* — compono. *participare* Plaut. Mil. II 2, 107 quin *sermone suo* — aliquem — participaverit.

miscere Pacuv. trag. 414 grando mixta *imbri largifico.* Att. trag. 83 patrium — *sanguine* sanguen miscere *suo.* Lucr. III 233 mixta *vapore.*[89]) III 842 si non terra *mari* miscebitur et mare *caelo.* VI 941. 1072. IV 1247 *admiscetur muliebri semine* semen. Enn. trag. 227 *commixta stellis splendidis.* Lucr. IV 1258 ut semina possint *seminibus* commisceri. V 502 nec liquidum corpus *turbantibus* aeris *auris* commiscet. VI 1159 *gemitu* commixta querella. III 351 animam — *permixtam corpore toto.*

2. *Accedunt verba proficiscendi, vehendi*[90]).

Lex Iul. Munic. C. I. 206 flamines *plostreis* — *vehi* oportebit. Plaut. Amph. II 2, 220 qui mecum una vectust *una navi.* Aul. III 5, 28 vehicla *qui* vehar. Men. V 9, 26 uter vostrorumst *advectus* mecum *navi.* Merc. I 2, 81 *lembo* advehitur tuus pater *pauxillulo.* II 1, 33 navem —, *qua* herist advectus filius. Caec. Stat. pall. 1 ad portum sum *provectus prosumia.* Plaut. Merc. I 1, 76 atque *ea* (sc. navi) se mercis undique *vectatum.* Enn. ann. 380 hostes *accedere* — *navibus velivolis.* Plaut. Bacch. II 3, 91 tibimet illuc *navi capiundumst iter.* Enn. trag. 132 quae cava caeli *signitenentibus conficis bigis.* Pacuv. trag. 398 *volucri currit axe quadriga.* Enn. trag. 129 Hectorem *curru quadriiugo raptarier.* Pall. inc. fr. 21 *parunculis* ad litus *ludit celeribus.* Lucil. III 22 hinc — *remis* Palinurum *pervenio.* Att. trag. 129 *lembo* sum *progressus.*

Caput II.

De instrumentali proprio.

(ablat. instrument.)

Hoc instrumentalis genere significari instrumentum, quo aliquid efficitur[91]), iam supra dictum est. Huc ante omnia pertinent

[86]) Delbrueck p. 54. — [87]) Delbrueck p. 55. — [88]) Brix ad Trin. 14. — [89]) Cum dativo: Lucr. III 234 *cui* non sit mixtus et aer. — [90]) Delbrueck p. 57 sq. — Verbum 'vehi' etiam cum praep. *in* coniunctum invenimus: Claud. Quadr. ann. VI P. 225, 1 *in equo* vehens. — [91]) Delbrueck p. 58.

instrumenta illa quasi naturalia, membra corporis dico, utpote § 49.
quibus utamur ad actiones corporis naturales exsequendas:

oculis videre

Plaut. Poen. V 5, 20 satin' ego *oculis cerno.* Lucr. I 268. Plaut. Pseud. II 2, 27 neque te *vidi* — oculis meis. Merc. I 2, 71. II 2, 28. Mil. III 1, 36. Rud. II 6, 10. Trin. IV 2, 419. Ter. Eun. 677. Ht. 491. 564. Hc. 863. Ad. 329. Lucr. II 357 omnia *convisens* oculis loca. Plaut. Bacch. V 2, 12 viden' *limulis,* opsecro, ut *contuentur.* Capt. III 4, 25 viden' hunc, quam *inimico voltu intuitur.* Turpil. pall. 159 oculis — adpetunt cupide *intui.* Att. trag. 285 *quibus oculis* quisquam nostrum poterit illorum *optui* vultus. Plaut. Men. V 7, 12 quid ego *oculis adspicio meis.* Mil. IV 6, 2 aspicito *limis.* Men. 597 qui hodie forum — *oculis inspexim meis.* Ter. Hc. 363 quae *perspexi his oculis.* Eun. 601 ego *limis specto.* Trag. inc. 48 oculis postremum *lumen rape.* Lucr. I 301 nec frigora quimus *usurpare* oculis. Plaut. Pseud. II 2, 2 ut ego *oculis rationem capio.* Lucr. I 130 sq. *ratione sagaci* — videndum.

Lucil. fr. inc. 69 sqq. *quis* hunc currere ecum nos atque equitare videmus, *his* equitat curritque. *oculis equitare videmus,* ergo *oculis equitat.*

auribus audire

Plaut. Men. pr. 4 ut *benignis accipiatis auribus.* Ter. Hc. 363. Att. trag. 292 ut ne quis nostra verba *cleperet auribus.*

ore loqui

Ter. Andr. 96 *uno ore* omnes omnia bona *dicere* et *laudare* fortunas. Lucil. I 13 pausam facit *o. loquendi.* Att. trag. 232 quem *o. funesto alloquar.* Ter. Ht. 700 *quo ore appellabo* patrem. Ph. 1042 *quo ore* illum *obiurgabis.* 625 *uno ore auctores fuere.* Enn. ann. 572 pausam facere *ore fremendi.* Lucil. XIII 11 qui *lamberat o.* placentas. Enn. ann. 415 sub sentis *o. faventes.* — *lingua loqui:* Naev. inc. pall. 113 *libera lingua loquemur.* trag. 18 ne mihi *gerere morem* videar *lingua,* verum *lingula.* Att. trag. 414 nisi ut astu ingenium *l. laudem.* Naev. inc. pall. 112 *l. faveant.* Lucil. IX 29 *canina* sic *lingua dico.* — Afran. tog. 266 *labris* inter se *velitari.*

voce vocare

Enn. ann. 51 *blanda voce vocabam.* ibid. 45 *compellare* pater me *voce* videtur. Ter. Hc. 375 *voce alia* — *conqueri.* Trag. inc. 13 *voce divina edidit* Apollo. Titin. tog. 171 *fabulare succrotilla vocula.* Enn. ann. 346 *voce sua nictit.* ibid. 447 *sonitum dare voce* parabant.

manu tangere, dare, ferire

Plaut. Pers. II 5, 12 qui *mala tangit manu.* Pseud. I 5, 103 *istis* mihi tu hodie *manibus* argentum *dabis.* 1262 *manu candida* cantharum — propinare — amicam. I 1, 26 tabellis *lepida* conscriptis *manu.* Enn. trag. 15 malam pestem *mandatam hostili manu.* Plaut. Pseud. IV 2, 48 sq. manu salutem *mittunt* bene volentibus, *eadem* malam rem mittunt male volentibus. Att. trag. 438 *manibus rapere.* Lucil. III 53 pedibus *laeva* Sicyonia *demit.* Lucr. I 95 *sublata* virum *manibus.* Enn. ann. 172 bellum *aequis manibus* nox intempesta *diremit.* Lucr. I 201 magnos *manibus divellere* montis. Claud. Quadr. ann. I P. 208, 7 sq. *manibus significare* coepit *utrisque.* Plaut. Merc. I 1, 89 talentum argenti ipsus *sua adnumerat manu.* Poen. IV 2, 83 *manu* eas *asserat* tuas populares liberali causa. Curc. V 2, 68. 3, 31. Poen. V 2, 142. V 6, 11. Rud. IV 3, 34. Pers. I 3, 83. Ter. Ad. 194. Plaut. Men. I 2, 29 *teneo*[92]) *dextera* genium meum. Fab. Pict. iur. pontif. l. XVI P. 113, 2 sq. polybrum *sinistra manu*

[92]) De verbo 'teneo' dubitari potest, utrum cum instr. an cum loc. ablativo coniungatur; sic etiam nos dicimus modo '*in* der H. halten', modo '*mit* d. H. h.'.

tencto, dextera vasum cum aqua. Plaut. Capt. II 3, 82 te *dextera retinens manu.* Lic. Mac. ann. fr. inc. P. 309, 8 *laevis* clipea *portant.* Att. trag. 559 arma — invicta es *fabricatus manu.* Lucr. II 378 neque *facta manu* sunt. Liv. Andr. trag. 40 puerarum *manibus confectum* pulcerrime. Lucil. XXVI 85 multitudinem — *conficis dextra.* Trag. inc. 65 *manu sua restituit* proelium. Naev. pall. 108 qui res magnas *manu* saepe *gessit.* Enn. ann. 332. Lucil. XXVIII 58 omnia *vescatis manibus leget.* —

Lucil. IV 33 ne *agitare manu* tu pessulum — possis. Enn. ann. 438 tela *manu iacientes.* Corn. Sis. hist. II P. 279, 3 saxa — *manibus conicunt.* Leg. XII tab. VIII 3 *manu* — si os *fregit.* Plaut. Most. II 2, 48 hospes *necavit* hospitem captum *manu.* Amph. 252 ipsusque — regem Pterelam *suapte optruncavit manu.* Poen. I 2, 103 ut tu quidem huius oculos *illotis manibus tractes* aut *teras.* Claud. Quadr. ann. I P. 211, 11 *manu* telum *reciprocans.* — Pacuv. trag. 245 ut pulverem *manibus isdem, quibus* Ulixi saepe *permulsi, abluam.* Lucr. IV 1103 nec *manibus* quicquam teneris *abradere* membris. —

Naev. trag. 14/15 quin *mea moriaris manu.* Trag. inc. 28 *hac dextra occides.* —

Plaut. Cas. II 6, 53 *compressan' palma* an *porrecta feris.* Lucil. fr. inc. 94 *palmisque* misellam *depuviit* me. Nov. atell. 51 homini labeas *pugnis caedere.* Ter. Ad. 558 me *pugnis — occidit.* Plaut. Bacch. III 3, 46 ni — Ludum *pugnis contudit.* Amph. II 1, 59 sum *optusus pugnis.* Capt. IV 2, 30 *meis pugnis exculcabo* furfures. Men. V 7, 28 *pecte pugnis.* Rud. III 2, 47. Mil. I 1, 26 elephanto in India quo pacto *pugno praefregisti* brachium. Poen. V 5, 10 ego illam *pugnis* totam *faciam*, ut sit morula. Rud. III 4, 15 *tange* utramvis *digitulo* minumo. Poen. V 5, 29 quid hanc tibi *digito tactiost.* Pers. V 2, 15 ne sis me *uno digito attigeris.* Ter. Eun. 740. Lex Acil. rep. 8 (C. I. 198.) Cat. or. 68, 2 *digito* non auderet *contingere.* Naev. pall. 79 alii *suo dat digito* litteras. Trab. pall. fr. *digito impellam* ianuam. Turp. pall. 31 sandalio *innixa digitulis primoribus.* Ter. Eun. 284 qui mihi nunc *uno digitulo* foris *aperis.* Lex Acil. repet. 52 (C. I. 198) litteram *digiteis opertam.* Pall. inc. 62 ut cinaedus orbem *digito temperat.* Ter. Eun. 648 ut — *unguibus* — illi in oculos involem. —

Plaut. Pers. II 4, 22 nisi te hodie — defigam in terram *colaphis.* Pomp. atell. 179 istam *colafis* comminuissem — testatim tibi.

pedibus ire

Plaut. Truc. II 6, 46 neque etiam queo *pedibus mea* sponte *ambulare.* Men. pr. 49 in Epidamnum *pedibus redeundumst.* Lucr. III 1031 *pedibus* salsas docuit *superire* lacunas. I 200 *pedibus* qui pontum per vada possent *transire.* Titin. tog. 141 sine eam *pedibus — grassari.* Lucil. XXVIII 57 ut *timido pede* percitu' *vadit.* Titin. tog. 29 ubi tu solitu's *argutarier pedibus.* Pall. inc. 35 *pedibus convibravit.* Ter. Andr. 161 *manibus pedibusque* obnixe omnia facturum. ibid. 676. Enn. ann. 1 Musae quae *pedibus* magnum *pulsatis* Olympum. 95 *premitur pede* pes. Lucil. V 21 intubu' — *pedibus praetensus equinis.* Lucr. II 356. V 1323 iactabantque suos tauri *pedibusque terebant.* I 315 strataque iam volgi *pedibus detrita.* Lucil. VIII 19 *iligneis pedibus* cercyrum conferet aequis. — *gradibus ire* Plaut. Pseud. IV 4, 11 quin hinc cito *imus gradibus militaribus.* Ter. Ph. 867 *suspenso gradu* — ire. Att. trag. 23/24 *celebri gradu* gressum adcelerasse. Lucil. XIV 24 qui campos collesque *gradu perlabitur uno.* Enn. ann. 74 campos *celeri passu permensa.*

Accedunt hae locutiones:

Att. trag. 296 sapimus *animo,* fruimur *anima.* Lucr. I 700 *sensibus — qui* vera ac falsa notemus. I 38 hunc tu — *tuo* recubantem *corpore* sancto circum fusa super. Lucil. XXVI 26 videmus *corpore* hunc signum dare. Lucr. II 311. III 648. Q. Claud. Quadr. ann. I

P. 212, 8 (corvus) prospectum *alis* arcebat. Ter. Eun. 285 ne tu istas faxo *calcibus* saepe insultabis frustra. Lucil. VI 34 quam neque — tauri ducere — *validis cervicibu'* possent. fr. inc. 101 ut — lumbos *cervicibu'* tangat. fr. inc. 164 caput ut *colo,* sustentatur truncus *coxendicibus.* IX 70 ut si frumentum *clunibu'* vannat. Lucr. IV 1270 *clunibus* ipsa viri Venerem si laeta retractat. Enn. trag. 435 *cubitis* pinsibant humum. ann. 354 pinsunt terram *genibus.* Lucil. VII 17 illam autem frumentum vannere *lumbis.* Att. trag. 229 ut meos *malis* — manderem natos. ibid. 543 tua cupienter *malis* membra discerpat *suis.* Pomp. atell. 187/188 cum interim neque *malis* molui. Plaut. Pseud. 1261 ubi *mamma* mammicula opprimitur. Lucil. XVII 2 inguina tangere *mammis.* Trag. inc. 111 *mento* summam amnem attingens. Enn. ann. 345 sei *nare sagaci* sensit. Lucr. I 405 *naribus* inveniunt — quietes. Lucil. fr. inc. 101 ut petimen *naso* — tangat. Pomp. atell. 97 neque interim — incoxavi *nate,* ibid. 187/188 neque *palatis* pinsui. Caec. Stat. pall. 193 *tremulis palpebris* percutere nictu. Att. trag. 403 *rostris* perfremunt delphini. Enn. ann. 71 lactantes *ubere toto.* Claud. Quadr. ann. I P. 212, 7 *unguibus* manum laniabat (corvus). Enn. sat. 12 equis — *ungulis* volantibus.

Sequuntur eae locutiones, in quibus verbo additus est *abl. instr.* § 50.
substantivi aut eiusdem originationis aut simillimae significationis:

Plaut. Men. I 3, 20 hoc *animo* decet *animatos* esse amatores. Enn. trag. 338 *virtute* vera — animatum. Lex par. fac. C. I. 577 *inasserato asseribus* abiegneis sectilibus crasseis. Afran. tog. 350 *quo casu cecidit* spes. Liv. Andr. trag. 37 quo Castalia per struices saxeas *lapsu accidit.* Plaut. Pseud. III 2, 31 non *condimentis condiunt* set *strigibus.* III 2, 24 eas herbas *herbis aliis* — condiunt. III 2, 46 sq. terrestris pecudes *cicimandro* condio, *hapalopside* aut *cataractria.* III 2, 92 ita *suavi suavitate* condiam. Most. II 1, 15 qui non *curro curriculo*[93]) domum. Ter. Ht. 733 *curriculo percurre.* Plaut. Mil. II 6, 43 *transcurre* curriculo. II 6, 45. Most. III 3, 26 *c.* iube in urbem *veniat.* Pers. II 2, 17 *vola c.* Epid. I 1, 12 *c.* accepi *sequi.* Stich. II 2, 13 *celeri c.* fui propere a portu. Rud. III 5, 19 *idum* Turbalio *c.* III 6, 17 *abi* sane ad litus *c.* Caec. Stat. pall. 256 *Venerio cursu veni.* Cat. or. contra Therm. 1. Plaut. Stich. V 2, 8 quom *hoc donavisti dono* tuum servom. Nov. atell. 57 *dono donare pulchro.* Caec. Stat. pall. 143 uxor mea *forma* et *factis facit.* Naev. trag. 42 sed tamen *inflexu flectitur.* Enn. ann. 177 *leni fluit agmine* (= *flumine*) flumen. Lucr. V 271. 1260 *simili formata — figura* (= *forma*). Cat. or. contra Therm. 1 *fugit maxima fugella, perpetuissimo curriculo.* Plaut. Capt. II 2, 106 quom me *tanto honore honestas.* Lucr. IV 1050 unde *icimur ictu.* I 222 quae res *diverberet ictu.* Lucil. fr. inc. 118 fervens cum marculu' ferrum — magnis — *ictibu' tundit.* Lucr. IV 1284. Att. trag. 398 turbines — *ictos undis concursantibus.* praet. 24 eoque *ictu* me ad casum dari. Lucr. III 488 *ictu concidit.* I 528 *plagis — icta.* Corn. Sis. hist. III P. 282, 13. Plaut. Epid. I 2, 18 hominem *irrigatum plagis.* Pseud. I 2, 26 vos estis *plagis* (sc. *retunsi*). Lucr. VI 1020 quippe *agitantur* enim *plagis.* Plaut. Most. V 2, 45 *verberibus — caedere* pendens. Pers. II 3, 17. Ter. Andr. 199. Plaut. Most. V 2, 52 ego illum — *verberibus subegero.* Ter. Eun. 590 templa *sonitu concutit.* Enn. ann. 419 *plausu* cava *concutit* ungula terram. trag. 391 sonitus auris — pedum *pulsu increpat.* 421. Caec. Stat. pall. 193 *percutere nictu.* Lucr. III 159 sq. *vi percussast.* VI 161 *excussere suo concursu.* I 13 *perculsae* — tua *vi.* II 327. III 663 ut *morsu* premat *icta* dolorem. Pacuv. trag. 397 angues ingentes alites *iuncti iugo.* Plaut. Pseud. I 1, 98 nisi tu —

[93]) v. Lorenz ad. h. l.

lacrumis fleveris argenteis, quod tu istis lacrumis te probare postulas. Lucr. I 349 *uberibus flent* omnia *guttis*. Caec. Stat. pall. 252 omnibus *laetitiis laetus*. Cat. or. I 6 (J.) *laudant* me *maximis laudibus*. Plaut. Capt. II 3, 60 quantis suom erum *laudibus — conlaudavit*. Cat. inc. fr. P. 92, 9 in contione *verbis multis laudabam*. Lucil. XXX 7 *sermonibu' concelebrarunt*. Plaut. Most. V 2, 36 scis solere illanc aetatem *tali ludo ludere*. Pseud. I 1, 22. Mil. II 3, 53 sq. ludis me. — Quia *luto ludo*. Pomp. atell. 6 *aleo* (= allio) [non] *ludam*. Lucil. IX 21 pilai *qua ludimu'*. Lucr. II 630 quod *armis ludunt*. Suei Pull. 1 *labellis* morsicatim *lusitant*. Ter. Ad. 739 quom *ludas tesseris*. Plaut. Capt. II 3, 33 facile *memoria memini*. Lucr. III 188 *momine* uti *parvo* possint inpulsa *moveri*. III 189 movetur aqua et *tantillo momine flutat*. II 1055 *aeterno percita motu*. Ter. He. 644 uxorem — *quibus moratam moribus*. Tit. tog. 59 ut sitis *moratae* ambae *ibus* (= his) pro ut ego *moribus*. Enn. trag. 283 quae nunc *nominatur nomine* Argo. Plaut. Men. II 3, 32 *appellat meo* me mulier *nomine*. II 2, 24. Pseud. I 2, 52. Ter. Ph. 742. ibid. 744 *istoc* me *nomine eo — dixi*. Pacuv. trag. 239 quae me *insueto nuncupasti nomine*. Plaut. Men. pr. 46 ipsus *eodemst* avus *vocatus nomine*. V 9, 75. Elog. 29, 13 (C. I. 288). Lucr. VI 740. Att. trag. 325 primores procerum *provocavit nomine*.[94]) Plaut. Rud. 187 med hoc *ornatu ornatam*. II 7, 15 *ornatus* ut sim *vestimentis uvidis*. Poen. I 2, 88 *bono* me esse *ingenio ornatam* quam *auro* multo mavolo. Enn. ann. 189 *scuteisque feroque ornatur ferro*. Lucil. III 63 forus olim *ornatu' lucernis*. Ter. Eun 683 quia *varia veste exornatus* fuit. Enn. epigr. 3 nemo me *lacrumis decoret* nec funera fletu faxit. Pacuv. trag. 212 *quibus* caelestis dignet *decorare hostiis*. Claud. Quadr. ann. I P. 208, 4 *torque* atque *armillis* decoratus. Att. trag. 472 *decorare — verbena* et *taeniis*. Enn. ann. 10 genus *pinnis condecoratum*. trag. 121 *tectis caelatis lacuatis auro ebore instructam*. Trag. inc. 74 speluncas *saxis structas asperis pendentibus maxumis*. Corn Sis. hist. IV P. 288, 20 *caementis instructum* — murum. Plaut. Amph. III 1, 18 ut *uno fetu* (= *partu*) — *pariat*. Lucr. III 431 *somnis sopiti*. 1038 *eadem — sopitu' quietest*. Att. praet. 18 *sopore placans* artus languidos. Naev. pall. 101 *circumtectus tegetibus*. Plaut. Most. IV 2, 75 nihil est *qui* tergum *tegam*. I 3, 7 modestiam — *tectus qua* fui. Trag. inc. 62 *tegentem clipeo* classem Doricam. Enn. ann. 366 *petrisque ingentibus tecta*. 415 *contecti* (libri: tecti) *gladiis*. Att. trag. 317 *morte* campos *contegi*. 540 *pinnis* membra *textis contegit*. Corn. Sis. hist. IV P. 291, 19 *madefactis centonibus integuntur*. Lucr. I 405 *intectas fronde* quietes. Att. trag. 322 undam *salso* sanctam *obtexi sanguine*. 257 *glauco pampino — obtegunt*. Plaut. Rud. I 2, 35 harundinem *qui pertegamus* villam. Att. trag. 617 etsi *opertus squalitate* est *luctuque horrificabili*. Cat. Orig. VII P. 89, 8 mulieres *opertae auro purpura*que. or. 8, 1 nefarium facinus *peiore facinore operire*. Lucr. IV 1178 *floribus* et *sertis operit* (limina). Plaut. Most. I 3, 118 qui vitia corporis *fuco occulunt*. Enn. trag. 141 *terra occulit* caput. Plaut. Most. I 3, 130 *purpura* aetas *occultandast*. Lucr. I 145 res *quibus occultas* penitus convisere possis. Enn. trag. 85 fax *obvoluta sanguine* atque *incendio*. ibid. 108 (loca) *obnubila tenebris*. Lucr. V 503 sq. sinit hic *violentis* omnia *verti turbinibus*, sinit *incertis turbare procellis*. Ter. Ht. 286 mediocriter *vestitam veste lugubri*. Lucr. V 954 *spoliis* corpus *vestire* ferarum. Trag. inc. 113 se *circumvestit* dictis. ibid. 137 (Enn. trag. 196) *herbis* prata *convestirier*. Enn. trag. 139 *scrupeo investita saxo*. Naev. trag. 57 erat *amictus epicroco*. Enn. trag. 430 *induta* fuit *saeva stola*. Afran. tog. 123 *supparo* si *induta* sum. Lucil. XXVI 28 *quo folliculo* nunc sum *indutus*. Pomp. atell. 107 qui corpus

[94]) Sic libri; Rb.: *nominans*.

— famula *tutaret toga*. Att. trag. 517 *squalido auro* et *purpura praetextae*. Claud. Quadr. ann. I P. 209, 5 *scuto pedestri* et *gladio Hispanico cinctus*. Enn. trag. 51 *caeruleo incinctae angui*. Afran. tog. 182 *incinctam toga*. Enn. ann. 416 nox — *mediis signis praecincta*. 478 Brundusium *pulcro praecinctum praepete portust*. 392 *succincti* corda *machaeris*. 497. trag. 134. Lucr. V 892 *rabidis canibus succinctas* semimarinis corporibus Scyllas. Ter. Ht. 294 *pannis obsita*. 452 *oneratas veste* atque *auro*. Enn. trag. 372 *saeptus* — mendici *stola*. 373. ibid: *ferro* saeptus. Trag. inc. 31. Ter. Ht. 903 *vestimentis stratus* est. Plaut. Men. I 1, 17 dum eo *vinclo vincies*. I 1, 3 homines captivos qui *catenis vinciunt*. Leg. XII tab. III 3 *vincito* aut *nervo* aut *compedibus*. ibid: ne *minore* aut si volet *maiore vincito*. Plaut. Men. I 1, 12 *esca* atque *potione vinciri*. Att. trag. 46 animus quorum *atroci vinctus malitia* est. Ter. Andr. 561 *coniugio liberali devinctum*. Ht. 208 ubi semel se *cupiditate devinxit mala*. 394 *hoc beneficio — devincimini*. Hc. 167 *misericordia devinctus*. Lucr. IV 962 *quo* quisque — *studio devinctus* adhaeret. Enn. ann. 5 *somno* leni placidoque *revinctus*. Plaut. Pseud. I 3, 85 *alligem* canem — *agninis lactibus*. Cat. Orig. II 33 P. 61, 5 eum *loro conligatum* auferunt. Plaut. Merc. v. 10 *ea* ut sim *implicitus*. Lucil. XXX 69 *laqueis manicis pedicis* mens *irretitast*. Enn. Euhem. 48 reges — *hospitio* sibi et *amicitia copulabat*. Pacuv. trag. 251 *suta lino* et *sparteis serilibus*. Plaut. Most. I 3, 115 etiamne *unguentis unguendum* censes? 117 quae se *unguentis unctitant*. Cat. Orig. VII P. 89, 12 capillum *cinere unguitabant*. Lucr. IV 1179 postisque superbos *unguit amaracino*. Enn. ann. 104 *oleo lentati*.

Accedunt hae locutiones singulares:

Pacuv. trag. 86 quod *complexu continet* terram. praet. 4 *nivit sagittis plumbo* et *sagittis grandinat*. Lucr. II 1122 *hilaro grandescere adauctu*. IV 1077 *fluctuat incertis erroribus* ardor amantum. —

verbis loqui: § 51.

Plaut. Merc. III 4, 17 *uno verbo eloquere*. Men. V 2, 29 *loquere — paucis*. Lucil. XXIX 89. Plaut. Men. II 1, 27 non potuit *paucis* plura *proloqui*. Most. III 1, 63 responsiones omnes *hoc verbo* eripis. III 1, 80 non — me *istis verbis* territas. Enn. ann. 46 *compellare* — me voce videtur *his verbis*. Pacuv. trag. 181 *paucis absolvit*. Ter. Ad. 164 neque tu *verbis* solves — quod — *re* male feceris. Andr. 824 beneficium *verbis* initum — *re* comprobes. Lucr. I 138 multa *novis verbis* — cum sit *agendum*. Ter. Andr. 45 *uno verbo dic*. Hc. 416. Plaut. Amph. III 3, 12 tu gubernatorem — *evoca verbis meis*. Ter. Hc. 720. Ph. 197 id — *verbo expedi*. Afran. tog. 339 *verbis pauculis respondit*. Ter. Ph. 213. Plaut. Merc. IV 4, 47 *rogato* meum patrem *verbis meis*. Pacuv. trag. 213 ut multa *paucis* verba unose *obnuntiem*. Plaut. Merc. IV 4, 50 *conceptis verbis* iam iusiurandum dabo. Cist. I 1, 100. Pseud. I 3, 119. Corn. Scip. Afr. M. ap. Gell. VII 11. Ter. Andr. 736 ut *subservias* orationi *verbis* vide. Eun. 214 munus nostrum *ornato v.* 400 *v. — transmovet*. Ad. 164 neque tu *v. solves* unquam. Ph. 477 *confutavit v.* iratum senem. Ht. 636 non *simulare* mortem *v.* Turpil. pall. 145 compesce *verbis velitare*. Ter. Andr. 28 *paucis* te volo. 114 quid *multis* moror. 536 ausculta *paucis*. Ad. 806. Eun. 1067 audite *paucis*. Ht. 10. Hc. 510. Plaut. Aul. II 2, 22. Pers. 599. Men. V 1, 7 hominem accipiam *quibus dictis* meret. Pseud. I 3, 125 te differam *dictis meis*. Most. III 3, 20 *dicto* aut facto fallere. Capt. II 2, 53. Enn. trag. 24 non potis *ecfari* tantum *dictis* quantum factis suppetit. 348 quam — ex ore orationem duriter *dictis* dedit. ann. 264. 274. Pacuv. trag. 15 *increpare d. saevis* incipit. 339 qui causam — dictis amplent. Ter. Andr. 644 me *ducere istis d.* postulas. Ph. 500. 20 *benedictis* si certasset. 3 *maledictis* deterrere. 213 ne te — *suis saevidicis dictis* protelet. 974 *hisce d.* ita illam tibi incensam dabo. Lucr. V 54

rerum naturam *pandere dictis.* I 126 rerum naturam *expandere d.* 143 sq. *dictis quibus* et *quo carmine* — possim *praepandere* lumina menti. Pacuv. trag. 5 saeptuosa *dictione* abs te datur. 130 siquis *hac* me *oratione incilet.* Att. trag. 458 me — *incilans probris.* praet. 5 te — *precibus invoco.* Enn. ann. 20 quod — *precibus* pater *orat.* Plaut. Pseud. I 2, 67 *sermone* huius ira incendor. Att. trag. 459. Caec. Stat. pall. 157. Lucil. XXX 34. Ter. Andr. 408. Lucr. V 121 inmortalia *mortali sermone notantes.* Att. trag. 186 qui — *multis memorant vocibus.* Lucil. VI 39 quem plane *hexametro versu* non *dicere* possis. Afran. tog. 171 quin deos *suppliciis sumptu votis donis precibus plorans* obsecrans nequiquam defatigem. Plaut. Truc. V 56 melius te *minis* certare mecum quam *minaciis.* Enn. ann. 261. Att. trag. 414 ut — ingenium — *dictis lactem laudibus.* Enn. ann. 571 *clamore bovantes.* trag. 327 dico tibi et *coniectura auguro.* Pacuv. trag. 78. Att. trag. 497. Pacuv. trag. 151 nil *coniectura* quivi *interpretarier.* Lucr. III 525 *ancipiti*que *refutatu* convincere falsum.

litteris scribere

Enn. Euh. 74 est *inscriptum antiquis litteris Graecis.* Lucil. XXX 14 *rescribere paucis.* Enn. ann. 222 *scripsere* alii rem *vorsibus.* 229 rem — *carinantibus edere chartis.* Lucil. XXVII 1 *fictis versibus* — impertit. XXX 12 hoc *versibu' reddere.* Lucr. I 121 Ennius *aeternis exponit versibus.* I 137 *inlustrare Latinis versibus.* — Lex. Acil. repet. 14 (C. I. 198) *atramento* scriptos. Plaut. Pseud. 544 quasi quom — scribuntur *calamo* litterae, *stilis* me — *ulmeis conscribito.*

§ 52. *spargere, imbuere* (sanguine)

Att. trag. 23 cui manus *materno* sordet *sparsa sanguine.* Enn. trag. 414 saxa spargens *tabo sanie* et *sanguine atro.* Lucr. III 19 nec nubila *nimbis aspergunt.* IV 1236 *multo sanguine* — *conspergunt* aras. Ter. Ad. 317 ut *cerebro dispergat* viam. Leg. Num. sacr. 1 *vino* rogum ne *respargito.* Att. trag. 151 *multo imbutus sanguine.* Enn. ann. 525 quo iam semel est imbutu' *veneno.* Att. trag. 553. 433 me amici *morte* imbuturum manus. Pacuv. trag. 300 cor *sapientia* imbutum foret. 201 reliquias — *sanie delibutas.* Plaut. Poen. I 2, 55 *schoeno* delibutas. Ter. Ph. 856 si te delibutum *gaudio* reddo. Plaut. Most. I 3, 101 malas *qui* (cerussa) *oblinam.* Poen. V 4, 23 si tibi illic non os oblitum est *fuligine.* Claud. Quadr. ann. XIX P. 233, 17 omnem materiam obleverat *alumine.* Plaut. Most. III 2, 142 si sunt *inducti pice.* Corn. Sis. hist. IV P. 291, 19 *aceto madefactis* centonibus. Enn. trag. 125 Iovis aram *sanguine turpari.* Lucr. I 85. Lucil. fr. dub. 4 *foedant* omnia *sputis.*

Lucr. II 501 purpura *Thessalico* concharum *tacta colore.* II 734 *quo* sunt *inbuta colore.* 736 quod materiai corpora *consimili* sint eius *tincta c.* 821 *perfusa coloribus.* III 39 omnia *suffundens* mortis *nigrore.* 304 suffundens caecae caliginis *umbra.* VI 479. V 482 *salso* suffudit *gurgite* fossas.

igni comburere

Enn. trag. 116 fana *flamma deflagrata.* Plaut. Men. V 2, 88 ut ego illic oculos *exuram lampadibus ardentibus.* Att. trag. 331/332 *lucifera lampade* abietem exurant. Pacuv. trag. 13 *flammeo vapore* torrens terrae fetum exusserit. Dec. Lab. mim. 26 *nimio ardore ignescitur.* Att. trag. 221 *concoquit* partem *vapore.* Dec. Lab. mim. 27 *leni pruna* coctus. Plaut. Pseud. I 2, 67 *ira incendor.* Ter. He. 562. Lucr. II 593 *eximiis* — furit *ignibus* impetus Aetnae.

poena poenire

Corn. Sis. fr. inc. P. 299, 2 *insigni cruciatu carnificatus.* Plaut. Merc. v. 21 *magno* atque *solido* multat *infortunio.* II 1, 23 *curis* cruciabar. Enn. ann. 101 *calido* das *sanguine* poenas. Att. trag. 536 poenas — *fato* expendisse *supremo.* Titin. tog. 23 ut *multetur malo.* Lucr. VI 1240 *poenibat* — *turpi morte mala*que.

armis caedere, pugnare § 53.

